In pueroque parens, inque parente puer.

Sæpe favens Chiron, Roseni hinc consule, dixit:

Una, vel hinc duplex plaga futura tua est.

Xaverio da vota Patri: dedit ille; fuitque

Tuta parens puero, tutus ut ipse puer.

Clara suis fatis est hei! prolibus Elstia (x) conjux,

Unica quæ quinque sepulchra dedit. (x) *Catharina*

van Hoef uxor

Petri vander Elst

1662. Aprilis.

Lva.

His tumulus venter fuit, ac occasus in ortu:

Hei! neque lustrales hic tulit ortus aquas.

Lustratur sacris, nihil hinc lustralia profunt:

Xaverii fuerat vindicis illud opus.

Hunc adit, huic supplex sancto se devoverit uni:

Nec curæ spes est visa fuisse levis.

Nunc fructu spe plena uterum crescente gerebat;

Heu! ruber ex toto corpore fluxus abit.

Fracta labat cervix: languescunt viribus artus:

Ventris ab assiduo vulsa dolore jacet.

Muniturque sacris, ac thecâ ex pectore pensâ:

Verbaque vix totis vocibus illa refert.

Ela saLVs patrIæ! te VInDICE BeLgICa teLEV
 VIVIt, & affLICtIs LVX DIVtVrna VenIt.
 SIC Deserta LICet, faC te ne Deserar Vno:
 AC parIter fastIs hoC faC Inesse tVIs.
 ADIICE serVarIs nVrlbVs tot oVantIbVs VnaM:
 sVnt qVoqVe, sVnt operæ tot noVa signa tVæ.
 SI tVlerIt partVs; Vates tVa gesta LoqVentVr;
 EXVVIIsqVe tVIs DebIta seMper ero.
 Cor tIbI grata parens, argentea pIgnora, fIgaM:
 seD tIbI pLVs Infans pIgnorIs Instar erIt.
 DIXIt; & abreptIs sVbItò sine sensIbVs hæsit:
 Et VeLVtI LangVens eXanIMIsqVe fVIt.
 RVrsVs Vt orsa LoqVI est; aDerIt XaVerIVs, InqVIt:
 Non ea sVnt Vanâ signa reLata ManV.
 LVX aDerat, ChIronqVe probo bene DoCtVs ab VsV,
 CaVsaqVe, CVr pVero ConsVLERetVr, erat.
 LæVa CrVCIs tItVLo, pVgnat ManVs aLtera LVCE:
 XaVerIIqVe sonVs Creber In ora VenIt.
 Ter proCVL hVnC Mystes VbI nVnCVpat, BLstIa feLIX
 partVrIt, aC fœtV soLVItVr Ipsa sVo.
 hInC LaChrIMæ, hInC pLaVsVs: sVperat, feLIXqVe VIrILI
 Est pVero genItrIX, est genItrICE pVer.
 VtqVe VenefICHs est VInDICE Libera DIVo;
 SIC VoVet hæC Vires hVIVs, & aCta LoqVI.
 QVID LoqVar, Vt tVlerIt LaCtantIbVs ILLe saLVbres
 AVXILII è CæLo, præSIDIIqVe Vias?
 proLe feraX, heI! LaCte parens, sVCCoqVe Carebat:
 VIX qVoqVe fons hVIVs sat LIqVet Ipse MaLI.
 pharMaCa nVLLa IVVant: qVerVLVs VagItqVe, sVæqVe
 NVtrICIs parCo LaC bIbIt ore pVer.

Eia salus patriæ! te vindice Belgica tellus
 Vivit, & afflictis lux diuturna venit.
 Sic deserta licet, fac te ne deserar uno:
 Ac pariter fastis hoc fac inesse tuis.
 Adjice servatis nuribus tot ovantibus unam;
 Sunt quoque, sunt operæ tot nova signa tuæ.
 Si tulerit partus; vates tua gesta loquentur;
 Exuviisque tuis debita semper ero.
 Cor tibi grata parens, argentea pignora, figam:
 Sed tibi plus infans pignoris instar erit.
 Dixit, & abreptis subitò sine sensibus hæsit:
 Et veluti languens exanimisque fuit.
 Rursus ut orsa loqui est, aderit *Xaverius*, inquit:
 Non ea sunt vanâ signa relata manu.
 Lux aderat; Chironque probo bene doctus ab usu,
 Causaque, cur puero consuleretur, erat.
 Læva Crucis titulo, pugnat manus altera luce:
*Xaverii*que sonus creber in ora venit.
 Ter procul hunc *Mystes* ubi nuncupat, *Elstia* felix
 Parturit, ac sætu solvitur ipsa suo.
 Hinc lachrimæ, hinc plausus: superat, felixque virili
 Est puero genitrix, est genitrice puer.
 Utque veneficiis est vindice libera Divo,
 Sic vovet hæc vires hujus, & acta loqui.
 Quid loquar ut tulerit lactantibus ille salubres
 Auxilii è cælo, præsidiique vias?
 Prole ferax, hei! lacte (y) parens succoque carebat:
 Vix quoque fons hujus sat liquet ipse mali.
 Pharmaca nulla juvant: querulus vagitque, suæque
 Nutricis parco lac bibit ore puer.

(y) *Isabella Key-*
nooghe 1660.25.
Aug. Mehlhnie.

Cruz

CrVX erat hæC IgrVr Mæstæ neqVe parVa parentI:
 NVLLaqVe VeL sVCCI, spesVe LIqVorIs erat.
 Ast VbI tot ChartIs DIVI bene faCta reVoLVIt;
 XaVerIVs LaCtIs, DIXIt, hIC aVCtor erIt.
 Ite sVperVaCVæ nVtrICes, Ite noVerCæ:
 soLVs hIC VberIbVs LaC VoVet VsqVe MeIs.
 DIXIt; & eXVVIIIs saCra hæC DonarIa VoVIt:
 Vbera neC sVCCo post CarVere sVo.
 Te qVoqVe nVnC VLCVs LæVæ MartIna papILLæ
 IVsserat heV! qVerVLâ non nIsI VoCe LoqVI.
 NVLLa thors reqVies; oCVLos sopor VsqVe reLIqVIt:
 VIX tenVes sVMVnt ora CoaCta Clbos.
 Gangrenæ MetVs est; nIger hVnC CarbVnCVLVs aVget:
 neC qVoqVe, feLICI qVI IVVet arte, VenIt.
 Ah! qVID agas? MonItto sapIens TyronIs IesV
 XaVerlo sVppLeX soLVere Vota VoVes.
 OrsaqVe VIX fVeras, & faVIt, & annVIt æther:
 Et VIGor, aC Vires MoX redIere tVæ.
 VberIs & VIrVs proCVL eXpVIt aLta CICatrIX:
 Et DoLor, & roDens, qVâ patet, VLCVs abIt.
 oCtaVâ te LVCE reDVX tyro ostIa pVLsans
 VIDIt ab VLCerIbVs ConVaLVIsse tVIs.
 DenIqVe qVæ patItVr, MaLa qVæqVe pVerpera passa est;
 XaVerII IVgI pressa LegVntVr ope.
 serVat hIC InnoCVas CVM proLIbVs VsqVe parentes;
 QVasqVe petVnt VireIs hIC bene CVLrVs habet.
 hoC IgrVr feLIX MeChLIIna sospIte VIVIs;
 EVehIs hoC VICtrIX, qVâ patet, orbe CapVt.
 sIs LICet & terrIs nVtrItto CLara phILLIp;
 CLarIor hoC stabILI pIgnore seMper erIs.

CruX erat hæc igitur mæstæ, neque parva, parenti:

Nullaque vel succi, spesve liquoris erat.

Ast ubi tot chartis Divi bene facta revolvit;

Xaverius lactis, dixit, hic auctor erit.

Ite supervacuae nutrices, ite novercæ:

Solus hic uberibus lac vovet usque meis.

Dixit; & Exuviis sacra hæc donaria vovit:

Vbera nec succo post caruere suo.

Te quoque nunc ulcus lævæ Martina (z) papillæ

Jusserat heu! querulâ non nisi voce loqui.

(z) *Martina Struyf*
bol 1660. in
Vvaelhem.

Nulla thoris requies, oculos sopor usque reliquit:

Vix tenues sumunt ora coacta cibos.

Gangrenæ metus est; niger hunc carbunculus auget,

Nec quoque felici qui juvet arte venit.

Ah! quid agas? monito sapiens Tyronis JESU

Xaverio supplex solvere vota voves.

Orsaque vix fueras; & favit, & annuit Æther:

Et vigor, ac vires mox rediere tuæ.

Vberis & virus procul expuit alta cicatrix:

Et dolor, & rodens quâ patet ulcus abit.

Octavâ te luce redux Tyro ostia pulsans

Vidit ab ulceribus convaluisse tuis.

Denique quæ patitur, mala quæque puerpera passa est,

Xaverii jugi pressa leguntur ope.

Servat hic innocuas cum prolibus usque parentes;

Quasque petunt vireis hic bene cultus habet.

Hoc igitur felix Mechlinia Sospite vivis;

Evehis hoc victrix quâ patet orbe caput.

Sis licet & terris nutrito clara (a) Philippo;

Clarior hoc stabili Pignore semper eris.

(a) *Philippus I. d*
Maximiliano Pa-
tre Mechliniam
missus A. 1485.
S. FRAN-

S. FRANCISCO XAVERIO

ORBIS UTRIVSQUE, ATQUE INPRIMIS MECHLINIÆ

Miraculo perpetuo.

ELEGIA ULTIMA.

Gloria beLgarVM, CVIVs fVgIt aVspICe CVrâ
 pVLsVs, & eX Varlo Corpore LangVor ablt:
 HIs tVa, XaVerI, ChronICIs MiraCVLa LVsl,
 QVæ tVVs hâC nVper feCerat Vrbe faVor.
 Tot qVoqVe portentIs CVrto breVIs orDIne IVnXI
 QVæ bene gesta tVâ VIsa fVere ManV.
 PLVra qVIDeM fVerant, & HIs noVa pLVra gerVntVr,
 At tVVs hIs Vates sIstere IVssVs erat.
 ECqVIs & eXIgVo referat sIC teMpoRe steLLas,
 QVas poLVs, aVt VastI ClrCVLVs aXIs habet?
 QVot qVoqVe VeL fVnDo ConChyLIa VoLVat HyDaspes?
 VVaQVe qVot baCCas, qVot ferat HybLa faVos?
 HæC ego nVnC CltIVs breVIBVs VVLgaVero ChartIs,
 QVàm tVa VersICVLIIs tot bene gesta seqVar.
 Vera LoqVar, sI te Vates HerolbVs æqVeM;
 VIX tIbI par tItVLIIs, proDIgIIsqVe fVIt.
 SIC tVa ContInVo CoëVnt MiraCVLa fLVXV,
 portentI VaLeas Instar Vt VsqVe LegI.
 NVLLa LVes patrIo est aDeo trVCVLenta sVb aXe;
 QVIN pIVs hanC DVLCI IVgItter ore LeVes.
 seV CapVt, aVt aVres, oCVLI, nasVsQVe CatarrhIs,
 LIngVaQVe neC LeVIBVs sIt prope qVassa MaLIIs:
 seV rlgeant raVCæ VaLIDâ tVsseDIne faVCes;
 CensaQVe VoX tItVbans neC sCIat VLLa LoqVI:

SIVE

S. FRANCISCO XAVERIO

ORBIS UTRIUSQUE, ATQUE INTRIMIS MECHLINIÆ

Miraculo perpetuo.

ELEGIA ULTIMA.

Gloria Belgarum, cuius fugit auspice curâ
 Pulsus, & ex vario corpore languor abit:
 His tua, *Xaveri*, chronicis Miracula lusi,
 Quæ tuus hâc nuper fecerat urbe favor.
 Tot quoque portentis curto brevis ordine junxi,
 Quæ bene gesta tuâ visa fuere manu.
 Plura quidem fuerant, & iis nova plura geruntur:
 At tuus his vates sistere iussus erat.
 Ecquis & exiguo referat sic tempore stellas,
 Quas polus, aut vasti circulus axis habet?
 Quot quoque vel fundo conchylia volvat *Hydaspes*,
 Uvaeque quot baccas, quot ferat *Hybla* favos?
 Hæc ego nunc citiùs brevibus vulgavero chartis,
 Quàm tua versiculis tot bene gesta sequar.
 Vera loquar, si te vates Heroibus æquem;
 Vix tibi par titulis, prodigiisque fuit.
 Sic tua continuo coeunt Miracula fluxu,
 Portenti valeas instar ut usque legi.
 Nulla lues patrio est adeo truculenta sub axe;
 Quin pius hanc dulci jugiter ore leves.
 Seu caput, aut aures, oculi, nasusque catarrhis,
 Linguaque nec levibus sit prope quassa malis:
 Seu rigeant raucæ validâ tuffedine fauces;
 Censaque vox titubans nec sciat ulla loqui:

M 2

Sive

SIVe VeL obsCænVs DepasCItVr Vbera CanCer:
 seV rIget, & DVpLeX tIbla VVLnVs aLIr:
 VnICVs eXsVperas CVnctos VeL In arte MagIstros,
 Et CVrâ sanos, aVXILloqVe faCIs.
 ChIron, & Longo CLarVs poDaLIrIVs VsV
 VIrtVtI pLaVDVnt sVCCVbVIsse tVæ.
 VIDIMVs ô! qVotles, qVibVs ars non VLLa faVebat,
 Arte tVâ tVtas rItè fVIsse nVrVs.
 TV LIppIs oCVLos, aVres sVrDIsqVe serenas,
 TV CLaVDIs gressVs, VIVaqVe fVLCra faCIs.
 sInt, qVibVs IntVMVIt sVppressâ Venter ab VnDâ,
 Et qVo pLVs potæ, pLVs sItIantVr aqVæ:
 sInt sVa qVos CasV fera LæsIt, & HernIa torqVer;
 AVt qVibVs InCLVsVM CaLCVLVs IngVen habet:
 QVos VeL aqVæ CrVClent InterCVtIs VsqVe DoLores;
 QVos LIget & fVLCrIs neXa poDagra sVIs:
 sInt qVoqVe qVos LeCto qVartana, VeL HeCtICa VeXat,
 QVasqVe noVas speCIES pLVrIMa febrIs aLIr:
 TotqVe per InCaVrVM gLIscant ContagIa VVLgVs,
 VIX stet ab hIs totâ LIber Vt Vrbe LoCVs:
 HæC, Pater, aVXILIo, neqVe parVa perICVLa VItæ
 VInCIs, & haVD VLLâ parte LeVanDa, LeVas.
 O! qVotles IVnctIs tIbI qVesta pVerpera VotIs
 EXperta est DeXtræ robVr opeMqVe tVæ.
 Et qVotles sVCCo sICCæ fLVXere papILLæ:
 Et qVotles sterILes MoX VIgVere nVrVs.
 Rapta qVot & VIDVæ pLanXIssent pIgnora Matres,
 VIXIssent nVtV nI reLeVata tVo.
 TV potes InVItIs reDIVIVa CaDaVera parCIs
 TVrbato VeLoX hVC reVoCare LaCV.

Sive vel obscænus depascitur ubera cancer;
 Seu riget, & duplex tibia vulnus alit:
 Unicus exsuperas cunctos vel in arte Magistros,
 Et curâ sanos, auxilioque facis.
 Chiron, & longo clarus Podalirius usu
 Virtuti plaudunt succubuisse tuæ.
 Vidimus ô! quoties, quibus ars non ulla favebat,
 Arte tuâ tutas ritè fuisse nurus.
 Tu lippis oculos, aures surdisque serenas,
 Tu claudis gressus, vivaque fulcra facis.
 Sint, quibus intumuit suppressâ venter ab undâ:
 Et quo plus potæ, plus sitiantur aquæ:
 Sint sua quos casu fera læsit, & Hernia torquet,
 Aut quibus inclusum Calculus inguen habet:
 Quos vel aquæ crucient intercutis usque dolores:
 Quos liget & fuleris nexa Podagra suis:
 Sint quoque quos lecto Quartana, vel Hæctica vexat,
 Quasque novas species plurima febris alit:
 Totque per incautum gliscant contagia vulgus,
 Vix stet ab his totâ liber ut urbe locus.
 Hæc, Pater, auxilio, neque parva pericula vitæ
 Vincis, & haud ullâ parte levanda, levas.
 O! quoties junc̄tis tibi quæsta puerpera votis
 Experta est Dextræ robur opemque tuæ.
 Et quoties succo siccæ fluxere papillæ,
 Et quoties steriles mox viguere nurus.
 Rapta quot & viduæ planxissent pignora matres,
 Vixissent nutu ni relevata tuo.
 Tu potes invitis rediviva cadavera Parcis
 Turbato velox huc revocare lacu.

sæpe tibi taXVs, tristis tibi pressa CVpressVs:
 CVMqVe sVIs tltVLLIs VICta sepVLChra IaCent.
 EXVIIIs nataLe tVIs agIt VnDIqVe festVM,
 QVI prIVs obLItI fVnerIs Instar erat.
 TestIs erIt BaVarVs, qVI VIX pVer ortVs In aVras,
 NVnC erat Inspersâ penè regenDVs hVMo.
 ILLe tVâ rVtVs taCtâ taMen ICone VIXIt,
 ILLe saCrIs VIVIt, qVels CarVIsset, aqVIs.
 HâC qVoqVe nI nVper MVLLerIa nIXa fVIsset;
 FraCra CeLoX VoLVCres ore bibIsset aqVas.
 CærVLa CVrrVntVr: LaCerantVr apLVstrIa Vento;
 Ars stVpet, & gravIbVs VInCItVr Ipsa MaLIs.
 VIX sVbIt hæC; fLVCtVs Labens peLagoqVe resIDIt;
 stat NotVs, aC VICtræ fIt LeVe ponDVs aqVæ.
 fInIeraM; tabVLLIsqVe repens noVa bIna ferVntVr,
 QVæ qVoqVe sVnt fIXâ Vera reLata fIDe.
 sentenerIs MorItVra nVrVs, sIne VIrIbVs VLLIs
 partVrIt totos qVINqVe bIs VsqVe Dies.
 Vrna, LateX, stIpVLæ, LVgVbrIa VeLa parantVr:
 HInCqVe ILLInC fLetVs angVLVs oMnIs habet.
 Et pVer, & genItrIX obItV LVctantVr In Vno:
 CarnIfICES CVLtros, VVLt VeL abesse ManVs.
 QVID faCIat? DIVI VIX speCtat In ICone VVLtVs;
 AtqVe, erIt hIC nostræ CaVsa saLVtIs, alt.
 TVnC qVoqVe, CVM CLaVso LangVebIt anheLItVs ore,
 AVXILII nobIs hInC satIs, InqVIt, erIt.
 seCrIo nVnC VterI, VarII potVsqVe VaLete:
 pLVs VoVet hæC CVnCtIs roborIs Vna ManVs.
 DIXIt, & EXVIIIs DIVI fVnaLIa VoVIt;
 pICraqVe præCLarIs hæCce tot aCta notIs.

Sæpe tibi Taxus, tristis tibi pressa Cupressus:

Cumque suis titulis victa sepulchra jacent,

Exuviis natale tuis agit undique festum,

Qui prius obliti funeris instar erat.

Testis erit Bavarus, qui vix (b) puer ortus in auras;

Nunc erat inspersione penè tegendus humo,

Ille tuâ tutus tactâ tamen icone vixit:

Ille sacris vivit, queis caruisset, aquis.

Hâc quoque nî nuper (c) Mulleria nixa fuisset;

Fracta celox volucres ore bibisset aquas.

Cærula curruntur: lacerantur aplustria vento;

Ars stupet, & gravibus vincitur ipsa malis.

Vix subit hæc; fluctus labens pelagoque residit;

Stat Notus, ac victa fit leve pondus aquæ.

Finieram; tabulisque repens nova bina feruntur,

Quæ quoque sunt fixâ vera relata fide.

Senteneris (d) moritura nurus, sine viribus ullis

Parturiit totos quinque bis usque dies.

Urna, latex, stipulæ, lugubria vela parantur:

Hincque illinc fletus angulus omnis habet.

Et puer, & genitrix obitu luctantur in uno:

Carnifices cultros, vult vel abesse manus.

Quid faciat? Divi vix spectat in icone vultus;

Atque, erit hic nostræ causa salutis, ait.

Tunc quoque, cum clauso languebit anhelitus ore,

Auxilii nobis hinc fatis, inquit, erit.

Sectio nunc uteri, varii potusque valete:

Plus vovet hæc cunctis robôris una manus.

Dixit; & Exuviis Divi funalia vovit,

Pictaque præclaris hæcce tot acta notis.

(b) Puer Monachâ

Anno 1664. 21.

Septembris à Sa-

cerdote aliquo pro

mortuo habitus ad

tactum Xaveria-

næ imaginis Me-

chliniensis sibi resti-

tuitur, baptizatur

indito Francisci

nomine, & valet.

(c) Xaverianâ

imagine in mare

injectâ ab Elisabe-

tha de Muller

tempestas sedatur

1661. Junio.

(d) Maria Sente-

ners 1666. 10.

Martii. Mechliniæ.

AC genItrIX faCta est gnatas enIXa geMeLLas:
 ConIVX aC pLaVsV sVbsILLiere nVrVs.
 QVæqVe LVbens aLIIs, XaVerI, DeXtera faVIt;
 VnDe rVIs faVeat, sospes & aDsIt, habet.
 Ibat opIs sCherLIngVs egens De rhetore tyro:
 praterItVs spatIo ter prope MensIs erat.
 Ora Clbos fVgIVnt: est faCta VeL esCa VenenVM:
 hInCqVe neC eXIgVVs LangVor In ossa VenIt.
 seCtaqVe Vena freqVens, neqVe fIXa CVCVrbIta prosVnt:
 NIL faVet In tantIs sVCCVs & herba MaLIIs.
 Et CaLor, & porrò CerebrI Vigor aCer, & orIs
 DefICIt; & taClto genVa DoLore Labant.
 Non nIsI qVas CogIt VerItVs DeLirIa ReCtor,
 VIX qVoqVe VeL sClssas eXCIPIt ILLe Dapes.
 Ire peDes Certans Lapsâ CervICE IaCebat;
 neC poterat CapItIs ponDera ferre sVI.
 Non patIens CorpVs, non Mens erat apta DoLorI:
 Et tenerI fVglens Ipse soporIs erat.
 Ars stVpet, & Vana est: EXtreMa VIatICa restant;
 HIs qVoqVe præfIXVs VesperIs orDo fVIt.
 CVM bonVs hVnC CæLI qVasI nVntIVs ore saLVrat:
 VotaqVe XaVerIo ConCIpe frater, alt.
 QVI faVet InDIgenIs, fratrI prIVs, eVge, faVebIt;
 AVXILIIqVe feret MVnera Larga sVI.
 Ergo Dat EXVVias; qVIBVs hIC qVoqVe basIa neCtIt:
 Creber & hInC ILLInC DIVVs In ora VenIt.
 InqVe peDes æger sVbltò, MirabIle VIsv!
 raptVs ab eXcqVIIIs eXILIt Ipse sVIs.
 sanaqVe Versat oVans; PatrIbVsqVe stVpentIbVs, araM
 AVCtorI grates eXhIbItVrVs aDIt.

Ac genitrix facta est, gnatas enixa gemellas:

Conjux ac plausu subsiliere nurus.

Quæque lubens aliis, *Xaveri*, Dextera favit;

Unde tuis faveat, sospes & adsit, habet.

Ibat opis (e) Scherlingus egens de Rhetore Tyro

Præteritus spatio ter prope mensis erat.

Ora cibos fugiunt: est facta vel esca venenum:

Hincque nec exiguus languor in ossa venit.

Secta que vena frequens, neque fixa cucurbita profunt:

Nil favet in tantis succus & herba malis.

Et calor, & porrò cerebri vigor acer, & oris

Deficit; & tacito genua dolore labant.

Non nisi quas cogit veritus deliria Rector,

Vix quoque vel scissas excipit ille dapes.

Ire pedes certans lapsâ cervice jacebat;

Nec poterat capitis pondera ferre sui.

Non patiens corpus, non mens erat apta dolori:

Et teneri fugiens ipse soporis erat.

Ars stupet, & vana est: extrema Viatica restant;

His quoque præfixus vesperis ordo fuit.

Cum bonus hunc cæli quasi nuntius ore salutat:

Votaque *Xaverio* concipe frater, ait.

Qui favet indigenis, fratri prius, euge! favebit;

Auxilii que feret munera larga sui.

Ergo dat exuvias; quibus hic quoque basia nectit:

Creber & hinc illinc Divus in ora venit.

Inque pedes æger subitò, mirabile visu!

Raptus ab exequiis exilit ipse suis.

Sanaque versat ovans; Patribusque stupentibus, aram,

Auctori grates exhibiturus, adit.

(e) *Gaspar Scheer-
linck* Novitius
Societatis IESU
Mechlinia 1666.
3. Julii

TrICLIInIVMqVe sVbIt, noVVs aCsi LazarVs esset:
 VIX satIs hIC orI sVffICIt esCa sVo.
 Et VaLet, & VegetVs, sI DI s pLaCet, ILLe VaLebIt;
 XaVerI, Vt LaVDes ConCInat VsqVe tVas.
 TV Vires, VICtIs LangVorIbVs, Ipse reDVCI s:
 DVLCIs & affLICtIs Vita saLVsqVe VenIs.
 seV qVibVs IgnIs eDaX, aqVa sæVa, & pestIfer aër,
 seV qVibVs Ipse noCens terreVs hVMor erat.
 ObseqVII s qVasI paCta tVIs eLeMenta ferVnt Vr:
 CVnCtaqVe natVræ VInCLa, VICesqVe noVas.
 AVt tVa Vera CoLI t, stVpet aVt MIraCVLa VVLgVs;
 faCtaqVe, VeL fierI sIC potVIsse negat.
 parVa LoqVor; DeXtræqVe tVæ VIs aLlor eXtat:
 DIItIs & oCCVLto IVs habet ILLa LaCV.
 TV MagICos neXVs, ææaqVe toXICA soLVIs,
 Et proCVL eLVsIs CantIbVs Ipse LeVas.
 EXVVias eXperta tVas hIs sæpIVs arIs
 Est saga, & MIXtos soLVere IVssa DoLos.
 QVIN qVoqVe LVXantes MortaLIa Corpora LarVæ
 sæpe tVo CVL tV, ReLLIqVIIsqVe IaCent.
 gesta sat est patrIæ bene nota TragœDIA Lyræ
 hanC Ibi styX parIter gessIt, & Anna ToMas.
 QVI sqVIs aVes, hanC VoLVe; sVo patet aVCta LIbeLLO:
 HoC ego sVM paVCI s strIngere IVssVs opVs.
 StratVs In eXtreMIs, erat & qVasI BrandIVs effrons:
 saCraqVe respVerat noXIVs Ipsa seneX.
 neC faVor VLLVs erat: neqVe NVMI nIs Ira, neC Ignes
 EXCIerant noXæ soLVere VInCLa sVæ.
 SIC sVV s hVnC genIVs, sVa nVnC stIMVLabat ErlInnys:
 NVLLaqVe spes VItæ, nVLLa saLVIs erat.

Tricliniumque subit, novus acsi Lazarus esset:

Vix satis hîc ori sufficit esca suo.

Et valet, & vegetus, si Dîs placet, ille valebit;

Xaveri, ut laudes concinat usque tuas.

Tu vires, victis languoribus, ipse reducis:

Dulcis & afflictis vita salusque venis.

Seu quibus ignis edax, aqua sæva, & pestifer aër,

Seu quibus ipse nocens terreus humor erat.

Obsequiis quasi pacta tuis elementa feruntur:

Cunctaque naturæ vincla, vicesque novas.

Aut tua vera colit, stupet aut Miracula vulgus;

Factaque, vel fieri sic potuisse negat.

Parva loquor; Dextræque tuæ vis altior extat:

Ditis & occulto jus habet illa lacu.

Tu magicos nexus, Ææaque toxica solvis,

Et procul elusis cantibus ipse levas.

Exuvias experta tuas his sæpius aris

Est saga, & mixtos solvere jussa dolos.

Quin quoque luxantes mortalia corpora larvæ

Sæpe tuo cultu, Relliquiisque jacent.

Gesta sat est patriæ bene nota Tragedia Lyræ:

Hanc ibi Styx pariter gessit, & Anna (f) Tomas. (f) Anna Tomas

Quisquis aves, hanc volve; suo patet aucta libello: Lyræ 1660. De-

Hoc ego sum paucis stringere jussus opus. cembri.

Stratus in extremis, erat & quasi (g) Brandius effrons; (g) Joannes van-

Sacraque respuerat noxius ipsa senex. den Brande 1660.

Nec pavor ullus erat: neque Numinis ira, nec ignes 14. Martii, 16

Excierant noxæ solvere vincla suæ. Humbecck.

Sic suus hunc genius, sua nunc stimulabat Erinny:

Nullaque spes vitæ, nulla salutis erat.

Vt taMen ora LateX tVV's attIgt, Ipse reVIXIt:
 Et pLaVDens-VItIls rItè platVs obIt.
 HoC CLypeo teCtI BeLgæ sperate noCentes:
 ILLe etIaM VobIs arrha saLVtIs erIt.
 QVæ qVoqVe tot teXIt, peperItqVe, VeL abLVIt InDos,
 AbbreVIata retro non erIt VsqVe ManVs.
 HanC proCVL eXCItæ VarIo rVMore reqVIRVnt,
 HVIVs qVot Gentes ClrCVLVs orbIs habet.
 InVoCat hanC BaVarVs; CoLI & GerManIa sVppLeX:
 VIsa VeL ILLIVs frVsta PoLonVs aVet.
 HVIC prope DIVInos VoVet AVstrIa LaVDIs honores:
 NVnCVpat hVIC LaVtâ Vota preCesqVe faCe.
 Has CVpIt EXVVias; & Iber pLVs sVspICIt aVro:
 Has ItaLVs CVLtor, GaLLVs & AngLVs aMant.
 Has AsIæ fines, & AMerICA regna reposCVnt:
 Has rogat & CVnctIs AfrICA terra LoCIs.
 At qVIA DeposItI neC erat Data CopIa tantI;
 neC poterat CVnCro pars satIs esse LoCo:
 XaVerI, tVV's est CæLatVs IMagIne VVLtVs;
 posset Vt hIC VVLgI Creber ab ore CoLI.
 Et qVIA nVnC saCro CoMpLeXVs pIgnora rItV
 ContIgt; aVXILIo trIstIbVs ILLe VenIt.
 Hæ VeLVt EXVVIAe ManIbVs rapIVntVr aVarIs:
 neC soLet hæC paVCIs arrha VaLere LoCIs.
 HIsCe tot eX arrhIs, seX hIs, neqVe pLVrIbVs annIs,
 HInC ILLInC raptVs MILLIo, pLVsqVe fVIt.
 HInC VeLVtI prInCeps, qVatVor sIbI MILLIa soLI
 EXtVLI In CVLtVs teVtonIs ora sVos.
 neC LeVIs hInC frVctVs: norVnt bene sæpIVs Vsl:
 Tot qVIBVs aVt TVrCæ nIL noCVere ManVs.

QV ID

Ut tamen ora latex tuus attingit; ipse revixit:

Et plaudens vitiis ritè piatus obit.

Hoc clypeo tecti Belgæ sperate nocentes:

Ille etiam vobis arrha salutis erit.

Quæ quoque tot texit, peperitque, vel abluit Indos,

Abbreviata retro non erit usque Manus.

Hanc procul excitæ vario ^(h)rumore requirunt,

Hujus quot gentes circulus orbis habet.

Invocat hanc Bavarus; colit & Germania supplex:

Visa vel illius frustra Polonus avet.

Huic prope divinos vovet Austria laudis honores,

Nuncupat huic lautâ vota precesque face.

Has cupit Exuvias, & Iber plus suspicit auro:

Has Italus cultor, Gallus & Anglus amant.

Has Asiæ fines, & America regna reposcunt:

Has rogat & cunctis Africa terra locis.

At quia Depositi nec erat data copia tanti,

Nec poterat cuncto pars satis esse loco;

Xaveri, tuus est cælatus imagine vultus,

Possset ut hic vulgi creber ab ore coli.

Et quia nunc sacro complexus Pignora ritu

Contigit; auxilio tristibus ille venit.

Hæ velut Exuviæ manibus rapiuntur avaris:

Nec solet hæc paucis arrha valere locis.

Hiscæ tot ex arrhis, sex his, neque pluribus annis,

Hinc illinc raptus millio, plusque fuit.

Hinc, veluti princeps, quatuor sibi millia ⁽ⁱ⁾foli

Extulit in cultus Teutonis ora suos.

Nec levis hinc fructus: norunt bene sæpius usi: ^(k)

Tot quibus aut Turcæ nil nocuere manus.

(h) Ex omni regione veniunt peregrini, petuntur imagines, oleum, aqua benedicta &c.

(i) Simul ac semel.

(k) Christiani milites in bello Turcico. 1664.

Quid

QUID LoqVar hIC oLeo VigILantIs In æDe LVCernæ,
 AVt qVoqVe LVstraLI qVIs Vigor hIC sIt aqVæ?
 paVCa prIVs CeCInI; IVVat hæC atteXere paVCIs:
 EIVs opeM toto VVLgVs Vt orbe Legat.
 InstItor, Vt referVnt, graVe VVLnVs HIBernVs aLebat;
 VanaqVe spes eIVs, VIsqVe MeDentIs erat.
 DVbLIInI nIhIL VLLa IVVant: IVVet, InqVIt hIC, æther:
 fVnDIt & hoC pLagIs neCtar, & VsqVe VaLet.
 HVIVs & VngVentI VIM WattersforDIA sensIt:
 ReLLIqVIIs qVotIes hIs qVoqVe tVra fVIt!
 BInVs In hæC ConIVX, hIC pressVs ab asthMate sæVo,
 profLVVIO hæC LangVens VsqVe CrVorIs erat.
 neC tot & HIppoCratIs, neC tot præCepta gaLenI,
 HIs poterant tantIs VLLa VaLere MaLI.
 VsVs VterqVe fVIt bIs terVe LIqVorIbVs ILLIs;
 ILLICò sIC MorbIs ConVaLVere sVIs.
 DanDa fIDes gestIs; sIgnIs neqVe VILIbVs eXtant:
 sIt satIs, eX IstO pLVs neqVIt aXe petI.
 NIL IgitVr VeterI MirabItVr VLLVs In æVo,
 pIgnora, XaVerI, sIC tVa CVncta CoLI.
 QUIDqVID VeL tangVnt DeXtræ tVa LIpsana, sanat;
 Et Vires hVIVs, robVr & IntVs habet.
 NVnC sILeant Vates pharIæ MiraCVLa VIræ:
 VInCIt, & àVXILIO pLVrIbVs ILLa VenIt.
 QVoLlIbet attactV factIs MirabILIbUs ILLa est:
 HanC qVoqVe nVnC VIVaX spIrItVs IntVs agIt.
 HoC est qVoD CVrVo potIVs tIbI BeLgICa teLLVs
 GaVDet Iô! sVppLeX proCVbVIsse genV.
 Has CoLIIt EXVVias, ILLIs reVerentIa Malor:
 hæC qVoqVe VIs potIVs VICtor InVrbe CoLI.

Quid loquar hîc oleo vigilantis in Æde lucernæ,

Aut quoque lustrali quis vigor hîc sit aquæ?

Pauca prius cecini ; juvat hæc attexere paucis:

Ejus opem toto vulgus ut orbe legat.

Institor, ut referunt, grave vulnus ^(l) Hibernus alebat;

Vanaque spes ejus, visque medentis erat.

Dublino nihil ulla juvant: juvet, inquit hic, Æther:

Fundit & hoc plagis nectar, & usque valet.

Hujus & unguenti vim Wattersfordia sensit:

Reliquiis quoties his quoque tuta fuit!

Binus ^(m) in hâc conjux, hic pressus ab asthma sævo;

Profluvio hæc languens usque cruoris erat.

Nec tot & Hippocratis, nec tot præcepta Galeni,

His poterant tantis ulla valere malis.

Ufus uterque fuit bis terve liquoribus illis;

Illicò sic morbis convaluere suis.

Danda fides gestis; signis ⁽ⁿ⁾ neque vilibus extant:

Sit satis, ex isto plus nequit axe peti.

Nil igitur veteri mirabitur ullus in ævo,

Pignora, Xaveri, sic tua cuncta coli.

Quidquid vel tangunt Dextræ tua Lipsana, sanat;

Et vires hujus, robur & intus habet.

Nunc fileant vates Phariæ Miracula virgæ:

Vincit, & auxilio pluribus illa venit.

Quolibet attractu factis mirabilis illa est:

Hanc quoque nunc vivax spiritus intus agit.

Hoc est quod curvo potius tibi Belgica tellus,

Gaudet iò! supplex procubuisse genu.

Has colit Exuvias; illis reverentia major:

Hâc quoque vis potius victor in urbe coli.

His

(l) *Guilielmus Bar-
ron 1665. 8. Ja-
nuarii, Dublini.*

(m) *Paulus Ayl-
ward & uxor,
Wattersfordie
1665. Februario.*

(n) *Approbatione
Vicarii Generalis
Sede vacante.*

Hls VotIva faCIt qVoVIs eX orDine Mystes:
 Hls frVItVr VotIs sæpIVs Ipse sVIs.
 Matres atqVe nVrVs tot bLanDa hls sVaVla IVngVnt,
 Vere noVo In syLVIs qVot spatIantVr apes.
 VtqVe rosIs VIoLIsqVe faVos hæ, MeLLaqVe LIbant;
 SIC prope, qVos frVCrVs hIC VoLVere, LegVnt.
 Et VeLVt hIC popVLos effVsVs es VnVs In oMnes;
 SIC sVnt & CVLtVs pVBLICa slgna tVI.
 AspICe tot testes, & Cerea Dona, flgVras;
 Is saCer est, DICes, non nIsI Cera LoCVs.
 Has sæpe appetII ChronICIs perstrIngere pLeCtrlS;
 Non potVI; ChronICIs Copla Malor erat.
 QVID qVoD & argento LoCVs hIC aVroqVe reLVCet,
 fIXaqVe sVnt CLarIs slgna VenVsta thoLIs?
 VIstVr hIC fVLgens, non VnaqVe fornICE LaMpas:
 taLe faber sCVLptor VIX parIt VLLVs opVs.
 Te qVoqVe tot statVæ, tot & InCLyta MVnera CIngVnt;
 qVot VeL hIC aXIs habet, VeL IoVIs aVLa faCes.
 QVID LoqVar & tabVLas, & plgnora pensa tot aVrI,
 qVasqVe tagVs veXIt, DIVes & InDVs opes?
 LVCent hIC VarIs tVa noMina sCVLpta BeryLLIs:
 EXVViasqVe freqVens arte Coronat onyX.
 NVper & hVC frIsIVs torqVIs graVe ponDVs & aVrI
 plgnorIbVs MIst, VoVIt & Ipse tVIs.
 CaVsa Latet VotI: taMen & tVVs eXtat In ILLo
 CVLtVs, & hVnC fIXo qVILlbet ore Leget.
 HæC, Væl pLVra, thoLo, neqVe parVa MonILla fVLgent;
 qVæ ChronICâ Vates VIX VaLet arte LoqVI.
 SIC taMen hæC fVLgent, Vt IIs speCIosIor eXtes;
 CVIVs ab aVspICIIs VIta, saLVsqVe VenIt.

His votiva facit quovis ex ordine Mystes:

His fruitur votis sæpius ipse suis.

Matres, atque nurus: tot blanda his suavia jungunt;

Vere novo in sylvis quot spatiantur apes.

Utque rosas, violisque favos hæ, mellaque libant;

Sic prope, quos fructus hîc voluere, legunt.

Et velut hîc populos effusus es unus in omnes;

Sic sunt & cultus publica signa tui.

Aspice tot testes, & cerea dona, figuras;

Is facer est, dices, non nisi cera locus.

Has sæpe appetii chronicis perstringere plectris

Non potui; chronicis copia major erat.

Quid quod & argento locus hic auroque relucet,

Fixaque sunt claris signa venusta tholis?

Visitur hîc fulgens, non unaque fornice lampas:

Tale faber sculptor vix parit ullus opus.

Te quoque tot statuz, tot & inclyta munera cingunt;

Quot vel hic axis habet, vel Jovis aula faces.

Quid loquar & tabulas, & pignora pensa tot auri,

Quasque Tagus vexit, dives & Indus opes?

Lucent hîc variis tua nomina sculpta Beryllis:

Exuviasque frequens arte coronat Onyx.

Nuper & huc Frisius torquis grave pondus & auri

Pignoribus misit, vovit & ipse tuis.

Causa latet voti: tamen & tuus extat in illo

Cultus, & hunc fixo quilibet ore leget.

Hæc, usi plura, tholo, neque parva monilia fulgent;

Quæ chronicâ vates vix valet arte loqui.

Sic tamen hæc fulgent, ut iis speciosior extes;

Cujus ab auspiciis vita, salusque venit.

EVge pVgIL, VIrVsqVe pLagIs proCVL aVfer & arCe:

QVæqVe noCent anIMIs, CorporIbVsqVe LeVa.

TV stVpor es MVnDI: tVa BraChla trIstIs AVernVs

Horret & eXVVias obstVpet Ipse tVas.

Te qVoqVe nVnC phcebVs, VetVs Vt sChoLa tota saLernI,

sVspICIt, aC VICtas porrIgt VsqVe ManVs.

Se tIbl sVbIIcIVnt, qVæ VoLVVnt staMIna parCæ:

obseqVIIsqVe tVIs VICta sepVLChra IaCent.

PIgnorIbVs feLIXqVe tVIs, VICtrIXqVe CoronIs,

BeLgICa IaM tVrgens toLLIt In astra CapVt.

At saCra præCIpVè feLICIA teCta MaLInæ:

QVâ tVVIs In VVLgVs fLVXIt ab Vrbe faVor.

HInC CVLtVs CreVere tVI, CreVere trIVMphI;

EXtVLIt & Vasto notIVs orbe CapVt.

HanC Pater eXVVIIIs serVa VICtrIClIbVs VrbeM:

HanC preCor hIC faVsto tVtor ab aXe rege.

AVXILIoqVe foVe popVLVM, popVLIqVe senatVs:

QVosqVe tot hoC soCIos aspICIs esse LoCo.

serVa CreVsenVM BeLgIs, aC VIrIbVs aVge;

CVIVs hIC aVspICIIIs eXIt In ora Liber.

IVssIt Vt hæC breVIbVs MIraCVLa VIVere ChartIs;

VIVat hIC & PyLI, VeL prope, LVstra senIs.

DoneC, Vt eXtVLErIt DeVs hæC te CrebrIVs Vrbe;

Et tItVLIIs VIVas CVncta per ora tVIs.

HoC qVoqVe sVb CLypeo, VeLVtI MeChLIInIa CœpIt,

pergat, & eXVVIIIs saLVa freqVenter oVet.

GrataqVe tVtorI CVLtV proCVL eXtet, & aCtIs:

PIgnorIbVsqVe tVIs hIC noVa teMpLa LeVet.

Euge Pugil, virusque plagis procul aufer, & arce:
 Quæque nocent animis, corporibusque leva.
 Tu stupor es mundi: tua Brachia tristis Avernus
 Horret, & exuvias obstupet ipse tuas.
 Te quoque nunc Phœbus, vetus ut schola tota Salerni,
 Suspicit, ac victas porrigit usque manus.
 Se tibi subjiciunt, quæ volvunt stamina Parcæ:
 Obsequiisque tuis victa sepulchra jacent.
 Pignoribus felixque tuis, victrixque coronis
 Belgica jam turgens tollit in astra caput.
 At sacra præcipuè felicia tecta Malinæ,
 Quâ tuus in vulgus fluxit ab urbe favor.
 Hinc cultus crevere tui, crevere triumpho,
 Extulit & vasto notius orbe caput.
 Hanc Pater Exuviis serva victricibus urbem:
 Hanc precor hinc fausto tutor ab axe rege.
 Auxilioque fove populum, populique Senatus:
 Quosque tot hoc Socios aspicias esse loco.
 Serva *Cruesenum* Belgis, ac viribus auge;
 Cujus hic auspiciis exit in ora liber.
 Jussit ut hæc brevibus Miracula vivere chartis;
 Vivat hic & Pylii, vel prope, lustra senis.
 Donec, ut extulerit Deus hæc te crebrius urbe,
 Et titulis vivas cuncta per ora tuis.
 Hoc quoque sub clypeo, veluti Mechlinia cœpit,
 Pergat, & Exuviis salva frequenter ovet.
 Grataque Tutori cultu procul extet, & actis:
 Pignoribusque tuis hinc nova templa lever.

Illustrissimi ac Reverendissimi Domini
D. ANDREÆ CRUESEN
MECHLINIENSII ARCHIEPISCOPI
Belgii Primatis, Regi Catholico à Consiliis
Status &c.

LESSUS FUNEBRIS.

SÆCVLa CrVesenIo, seXCentaqVe LVstra, VeL annos
HIs ego VIX eLegIs VatICInatVs eraM.
IaM qVoqVe parte sVI CrItICIs CensorIbVs IstIC
EXhIbItVs sVppLeX fortè LIbeLLVs erat:
CVM VenIt, & nostras VeLLIt prope nVnCIvS aVres
CrVesenI, oCCasVs heV! obItVsqVe tVI.
Ergo pater patræ, spes oCCIDIt atqVe SenatVs
heI DoLor! & LethI faLGe reseCta IaCet.
IrrIta nVnC VoLVCres rapVerVnt Vota proCeLLæ,
IaCtaqVe sVnt LeVIbVs MIstaqVe Verba NoIIs.
Este proCVL pLaVsVs, CltharæqVe, tVbæqVe sILete:
ArtICVLLIs pVgnat VoX ea IVnCta Mels.
HVC VenIat rVptIs eLegela VVLsa CapILLIs;
QVæqVe DeCent, trIstes hVC qVoqVe fVnDat aqVas.
AD streptVs bVXI CltharIs hæ DVLCIVS IbVnt:
ConVenIt heI! nostrIs LVCtIbVs ILLe sonVs.
nVnC sILet AntIstes, nVnC VLTIma saXa reCept:
QVæ posVIt VIVens, CLaVsa sepVLtVs habet.

IN OBITUM

Illustrissimi ac Reverendissimi Domini
D. ANDREÆ CRUESEN
 MECHLINIENSIIUM ARCHIEPISCOPI
 Belgii Primatis, Regi Catholico à Consiliis
 Status &c.

LESSUS FUNEBRIS.

SÆcula *Cruesenio*, sexcentaque lustra, vel annos
 His ego vix elegis vaticinatus eram.

Jam quoque parte sui criticis Censoribus istic
 Exhibitus supplex fortè libellus erat:

Cum venit, & nostras vellit prope nuncius aures
Crueseni, occasus heu! obitusque tui.

Ergo Pater patriæ, spes occidit atque Senatus
 Hei dolor! & lethi falce resecta jacet.

Irrita nunc volucres rapuerunt vota procellæ;
 Jactaque sunt levibus mistaque verba Notis.

Este procul plausus, citharæque, tubæque silete:
 Articulis pugnat vox ea juncta meis.

Huc veniat ruptis Elegeïa vulsa capillis,
 Quæque decent, tristes huc quoque fundat aquas.

Ad strepitus buxi citharis hæ dulcius ibunt:
 Convenit hei! nostris luctibus ille sonus.

Nunc silet Antistes, nunc ultima saxa recepit:
 Quæ posuit vivens, clausa sepultus habet.

ParVe pVer, qVI seCta PatrIs IVXta ora sepVLChrI
 HVIC petIs eXtensâ sæCVLa Crebra ManV;
 ParCe tVIs preClbVs; stat IneXorabIlE nVMen:
 HVIC qVoqVe nVnC CLaVsæ stantqVe rIgentqVe fores.
 HVC age pro preClbVs LVCtVs, LaMentaqVe soLVe:
 ILLa VeL eXeqVIIs IVsta parentIs crVnt.
 HaVD ea CVLpa tVa est, qVoD aCVto VVLnere fatI
 CrVesenII saXIs Vrna sVb hIsCe IaCet.
 Vota, preCesqVe tVLLt sVperIs tVa BeLgICa teCVM;
 EXtrVsa est VotIs neC seCVs Ipsa sVIs.
 QVoD VaLet, hoC soClat; CInerI sVsplrla fVnDIt:
 EXeqVIIs LVCtVs IVngIt & ILLa sVos.
 HVIC qVoqVe IVsta faCIt sVa CLerVs & orDo; saCerqVe
 sèXVs VterqVe pII Castra DoLorIs habet.
 CaVsa LIqVet rItVs: qVla sIC hel! MortVVs ILLe,
 QVI LatII CVLtVs, IVrIs & VLTor erat.
 AVLâ, statVs patrIæ, fLet eqVestrIs, & orDo togatVs:
 VIX geMItVs Versâ tantVs In Vrbe fVIt.
 fons hIC Vbl eXtInCtVs bLanDæ, BrVXeLLa, LoqVeLæ;
 CreDIBIlE est fontes eXerVIsse tVos.
 CLaVsa taCent popVLo, neqVe præsvLLIs ora LoqVentVr
 AMpLIVs; & LIngVæ VIseqVe, VigorqVe IaCet.
 IngenIVMqVe CapaX, graVIBVsqVe perItIa CaVsis,
 PræsVLe sVbLato CVnCta sepVLta Latent.
 HoC patrIæ CIVes, hoC pVLpIta qVæqVe qVerVntVr:
 HoC penItVs VIDVI fLentqVe, DoLentqVe Lares.
 VtqVe tor hVnC Vrbes, sIC pLVs MeChLIInIa LVget,
 CrVesenIo VLterIVs non frVItVra sVo.
 HIC MVrI, hIC pVLLâ sVbseLLIa Veste tegVntVr:
 EXhIbet & LVctVs qVæLlIbet ara sVos.

Parve puer, qui secta Patris juxta ora sepulchri
 Huic petis extensâ sæcula crebra manu;
 Parce tuis precibus; stat inexorabile Numen:
 Huic quoque nunc clausæ stantque, rigentque fores.
 Huc age pro precibus luctus, lamentaque solve:
 Illa vel exequiis iusta Parentis erunt.
 Haud ea culpa tua est, quod acuto vulnere fati;
Crucesenii saxis urna sub hisce jacet.
 Vota, precesque tulit Superis tua Belgica tecum;
 Extrusa est votis nec secus ipsa suis.
 Quod valet, hoc sociat; cineri suspiria fundit:
 Exequiis luctus jungit & illa suos.
 Huic quoque iusta facit sua Clerus & Ordo; sacerque
 Sexus uterque pii Castra doloris habet.
 Causa liquet ritus: quia sic hei! mortuus ille,
 Qui Latii cultus, juris & ultor erat.
 Aula, Status patriæ, flet Equestris, & Ordo Togatus:
 Vix gemitus versâ tantus in urbe fuit.
 Fons hic ubi extinctus blandæ, Bruxella, loquelæ;
 Credibile est fontes exeruisse tuos.
 Clausa tacent populo, neque Præfulis ora loquentur
 Ampliùs; & linguæ visque, vigorque jacet.
 Ingeniumque capax, gravibusque peritia causis,
 Præfule sublato cuncta sepulta latent.
 Hoc patriæ cives, hoc pulpita quæque queruntur:
 Hoc penitus vidui flentque, dolentque lares.
 Utque tot hunc urbes, sic plus Mechlinia luget,
Crucesenio ulterius non fruitura suo.
 Hic muri, hic pullâ subsellia veste teguntur:
 Exhibet & luctus quælibet ara tuos.

TV qVoqVe præClpVè, qVæ saXIs strVCra pLaCebas,
DICerIs haVD fLetVs ContInVIsse rVos.

fLeVIt opVs sIC nVper oVans, fLeVere CoLVMnæ;
Et parIVs LVctV fLeVIt VblqVe LapIs.

sVnt qVI nVnC etIaM, VIVens qVæ strVXerat AVCtor,
sIC Letho ereptI fLere sepVLChra VeLInt.

▲VgVror, hæC CVperent, nIsI trVX LibItIna Vetaret,
CrVesenIVM LoCVLo soLVere posse sVo.

sIC popVLos LIngVâ, CVM VIVERet, ILLe trahebat;
EXtInCto Vt possent hoC qVoqVe saXa trahI.

Non Ita sVnt fLeXæ qVerCVs CVM VeLLeret OrpheVs;
AVt qVateret strVCtæ saXa Canore Lyræ.

neC CItharâ phœbVs, neC peCtIne fortIs Arlon
sIC traherent DVLCI roborata sono.

HybLæIs VoX CVLta faVIs proCVL ore fLVebat:
DIXIsse sVaDæ sClre VeL arte LoqVI.

Et graVIs Is VVLtV poterat qVanDoqVe VIDerI;
InqVe sVâ LeVIter fronte VerendVs erat.

sIC taMen, Vt faCILIs frons Ista neC aCrlor esset;
Et peteret ConCors, & pIVs esse pater.

NVtIbVs Is bLanDIs, seV DebVIt esse seVerIs;
BLanDVs, & eX æqVo IVre seVerVs erat.

neC taMen hInC VLLos qVasI Censor aCerbIor VLTro
LæsIt; Vt eXplrans VoX qVoqVe fassa fVIt.

QVIN tribVIt CVnctIs oVibVs, VenIaMqVe poposCIt:
Frons, oCVLI, VVLtVs non nIsI paCIs erant.

QVID qVoD & eX gazIs, VnI sIbI Caetera paVper,
fVnDere sVeVIsset, qVas qVoqVe posset, opes.

HIs tenVes hIC sæpe Casas reCreabat & ILLIC:
AFFLICtIs tensas norat habere ManVs.

Tu quoque præcipuè, quæ saxis structa placebas,
 Diceris haud fletus continuïsse tuos.
 Flevit opus sic nuper ovans, flevere columnæ;
 Et Parius luctu flevit ubique lapis.
 Sunt qui nunc etiam, vivens quæ struxerat Auctor,
 Sic letho erepti flere sepulchra velint.
 Auguror, hæc cuperent, nisi trux Libitina vetaret,
Cruesenium loculo solvere posse suo.
 Sic populos linguâ, cum viveret, ille trahebat;
 Extincto ut possent hoc quoque saxa trahi.
 Non ita sunt flexæ quercus cum velleret Orpheus;
 Aut quateret structæ saxa canore Lyræ.
 Nec citharâ Phœbus, nec pectine fortis Arion
 Sic traherent dulci robora tarda sono.
 Hyblæis vox culta favis procul ore fluebat:
 Dixisses suadæ scire vel arte loqui.
 Et gravis is vultu poterat quandoque videri;
 Inque suâ leviter fronte verendus erat.
 Sic tamen, ut facilis frons ista nec acrior esset;
 Et pereret concors, & pius esse Pater.
 Nutibus is blandis, seu debuit esse severis;
 Blandus, & ex æquo jure severus erat.
 Nec tamen hinc villos, quasi censor acerbior, ultro
 Læsit, ut expirans vox quoque fassa fuit.
 Quin tribuit cunctis ovibus, veniamque poposcit:
 Frons, oculi, vultus non nisi pacis erant.
 Quid quòd & ex gazis, uni sibi cætera pauper,
 Fundere suevisset quas quoque possit opes.
 His tenues hîc sæpe casas recreabat & illi:
 Afflictis tentas norat habere manus.

HoC VeLVt aVXILIo sI non bene fVLta fVIsses;
 LVXIsses CIneres, Vrbs CaMeraCa, tVos.
 HVIVs oVans gazIs parIter VIVItqVe, VaLetqVe
 PræsIDII pVbes, VIRgo MaLIa, tVI.
 ILLI CeV gregIbVs, CensVsqVe reLIqVIt & aVrVM;
 QVasqVe CapaX reLIqVas arCa tenebat opes.
 sCILICet hosCe obIens hoC robore teXIt, & aVro;
 VIVVs Vt VsqVe sVI, CVLTVs & esset aMor.
 Vt tegeret, qVID non InDVstrIa ContVLIIt ILLI?
 VestIbVs InCVLTVs teCtVs hIC VsqVe fVIt.
 sIC CVLTVs, poMpæqVe fVgaX, sIC osor VbIqVe;
 VeLLet Vt eXCEPTo ferre nItore nIhIL.
 Vt Castæ tVnICæ, sIC non erat VLLIbI LVXVs:
 EXVL ab ILLVstrI syrMate byssVs erat.
 EsCa LeVIs, soMnIqVe breVes, neqVe Longa sVpeLLeX,
 CrVesenI, hæC VICtVs sIгна fVere tVI.
 ALtera serVabas popVLo, pLVs pVBLICa CVrans:
 MVnIfICVsqVe oVIBVs, tV tIbI parCVs eras.
 HInC LaCrImant beLgæqVe VirI, IVVenescqVe, nVrVsqVe,
 Et pVer, aC soCIo pVpVLa parVa Lare.
 FLet patrIIs VeteranVs atroX qVI sæVIt In arMIIs;
 sIгнаqVe VIX VIsI tyro DoLorIs habet.
 VnaqVe VoX aVLæ, DoLor oCCInIt Vrbs & VnVs;
 ILLâ CrVesenIVs PræsVL In æDe Latet.
 HVIC qVerVLæ VoCI LaCrImabILLIs assonat ECho.
 HeV! fLVVII patrIIs trIste qVerVntVr aqVIs.
 Ipse sVos fLVCTVs oCVLLIs eXoLVere VeLLet
 sCaLDIs, & eX fVnDo sat sIbI posse qVerI.
 Caetera nVnC taCeo: rIVI qVoqVe sCItIs, & arVa;
 EXpVIt hVC saLsas aLVeVs oMnIs aqVas.

Hoc velut auxilio si non bene fulta fuisses;
 Luxiffes cineres, urbs (o) Cameraca, tuos.
 Hujus ovans gazis pariter vivitque, valetque,
 Præsidii pubes, virgo Malina, tui.
 Illi ceu gregibus, censusque reliquit & aurum;
 Qualque capax reliquas arca tenebat opes.
 Scilicet hosce obiens hoc robore textit, & auro;
 Vivus ut usque sui, cultus & esset amor.
 Ut tegeret, quid non industria contulit illi?
 Vestibus incultis tectus hic usque fuit.
 Sic cultus, pompæque fugax, sic osor ubique;
 Vellet ut excepto ferre nitore nihil.
 Ut castæ tunicæ, sic non erat ullibi luxus:
 Exul ab illustri sirmate byssus erat.
 Esca levis, somnique breves, neque longa supellex,
 Crueseni, hæc victus signa fuere tui.
 Altera servabas populo, plus publica curans:
 Munificusque ovibus, tu tibi parcus eras.
 Hinc lacrimant Belgæque viri, juvenesque, nurusque,
 Et puer, ac socio pupula parva lare.
 Flet patriis veteranus atrox qui sævit in armis;
 Signaque vix visi tyro doloris habet.
 Unaque vox aulæ, dolor occinit urbis & unus:
 Illâ Cruesenius Præsul in æde latet.
 Huic querulæ voci lacrimabilis affonat Echo.
 Heu! fluvii patriis tristè queruntur aquis.
 Ipse suos fluctus oculis exolvere vellet
 Scaldis, & ex fundo sat sibi posse queri.
 Cætera nunc taceo: rivi quoque scitis, & arva;
 Expuit huc falsas alveus omnis aquas.

(o) Supellectili
 domestica non pe-
 percit, quo Cameraca
 periclitanti
 subveniret.

RVra fLVens DVLCIs, fLVXV DoLet asper aCerbo,
 PræsVLIIs In CasV LVgVbrIs Ipse sVI.
 QVIn foVet & fLetVs, VIDVæ sVCCVrrIt & VrbI,
 AC CVnCras panDo gVrgItte soLVIt aqVas.
 FLet parIter, CasVsqVe VIrI Mosa fLetIbVs Vrget;
 VoLVIt & In pLanCtVs ConCaVa saXa sVos.
 SIC taMen, Vt VoLVat TraleCto hæC IVstIVs VrbI:
 ILLIVs hæC genItrIX; pLVs ea IVrIs habet.
 HVC graVIs InterItVs Vt epIstoLa nVntIa VenIt,
 TraleCtVM IaCVLIIs hVIC qVasI peCtVs erat.
 Chara parens gnatVM LVXIt, soLVItqVe CapILLos:
 CaptaqVe, VIsa fVIt rVrsVs Vt ante CapI.
 HaVD PyLos, haVD aDeo LVXIsset Nestora sparte,
 QVI stVpor & gralo VIsVs In aXe fVIt.
 Me qVoqVe, CrVesenI, qVI septa VeLaVICA LVstro,
 PerCVLIt hVC Labens sVnerIs aVra tVI.
 Nos Mosa VICInVs CIVes prope IVnXerat Vnos:
 InCLytVs aC nostrI tV qVoqVe CVLtor eras.
 GratIa sIt faCtIs: hInC te Censore probatVs
 BeLgICa IaM faCILIs Ibat In ora Liber.
 Ibat, & obses erat tIbI pIgnorIs; obses at ILLe
 Hel MIhI! non Istâ fronte LegenDVs erIt.
 fata Vetant; te Vana gregVM nVnG Vota reqVIrVnt:
 QVels tegerIs saXIs DVrIVs astra rIgent.
 HoC qVeror, hoC Vates, hoC VatVM pVLpIta pLangVnt,
 LongIVs heV! VIVO non LICVIsse frVI.
 LVstrasses tVa faCta seneX, arasqVe, VeL arCVs,
 QVæqVe tVâ BeLgIs sVnt LoCa strVCta ManV.
 LVstrasses tItVLosqVe tVI PatrIs, atqVe MaLInæ;
 CVIVs tV CVLtVs InCLytVs VLtor eras.

Rura fluens dulcis, fluxu dolet^(p) asper acerbo;

Præfulis in casu lugubris ipse sui.

Quin fovet hic fletus, viduæ succurrit & urbi,

Ac cunctas pando gurgite solvit aquas.

Flet pariter, casusque viri Mosa fletibus urget;

Volvit & in planctus concava saxa suos.

Sic tamen, ut volvat Trajecto hæc justius urbi:

Illius hæc genitrix, plus ea juris habet.

Huc gravis interitus ut epistola nuntia venit;

Trajectum jaculis huic quasi pectus erat.

Chara parens gnatura luxit, solvitque capillos:

Captaque, visa fuit rursus ut ante capi.

Haud Pylos, haud adeo luxisset Nestora Sparte;

Qui stupor & Graio visus in axe fuit.

Me quoque, *Crueseni*, qui septa Velavica lustro,

Perculit huc labens funeris aura tui.

Nos Mosa vicinus cives prope junxerat unos:

Inclytus ac hostri tu quoque cultor eras.

Gratia sit factis: hinc te censore probatus

Belgica jam facilis ibat in ora liber.

Ibat, & obses erat tibi pignoris: obses at ille

Hei mihi! non ista fronte legendus erit.

Fata vetant, te vana gregum nunc vota requirunt:

Queis tegeris saxis durius astra rigent.

Hoc queror, hoc vates, hoc vatium pulpita plangunt,

Longius heu! vivo non licuisse frui.

Lustrasses tua facta senex, arasque, vel arcus,

Quæque tuâ Belgis sunt loca structa manu.

Lustrasses titulosque tui^(q) Patris, atque Malinæ;

Cujus tu cultus inclytus ultor eras.

(p) Illustrissimus
fuit Episcopus Ru-
ramundensis.

(q) S. Rumoldi
Mechliniensis
Patroni.

NVnC proCVL hos, præVL, DVntaXat ab aXe VIDEbIs;
 HIC Vbi FranCIsCo regna propInqVVs habes.
 IVsta qVIDeM LaVrVs; VIVentIs at Integra VIRTVs
 VtLLIs hIs patriæ rebVs, & VrbIs erat.
 HeI MIhI! nos rVrsVs VortEX, peLagVsqVe DoLorIs
 VI IVbet InVItos, & sIne fIne qVerI.
 PaVCa qVeror sVperI; preCor hoC Date paVCa qVerentI:
 QVIs, pVDor! hoC BeLgIs sVstVLIt VsqVe IVbar?
 LVX ea perpetVIs eXpVngI est DIGNa CaLendIs,
 QVæ passa hoC fatIs sVCCVbVIsse CapVt.
 NoCte fVIt BeLgIs ea LVX obsCVrlor oMnI:
 HæC, reor, eX styglo LVX fVIt orta LaCV.
 VIX taMen eXorIens CroCeo soL VenIt ab aXe;
 ortVs & oCCasVs PræsVLIs ILLe fVIt.
 Ter tribVs hIC LVstrIs seX IVnXerat aLtera PræsVL;
 sCrIptVs In oCtaVâ LVCE noVeMber erat.
 sCrIptVs erat, ChronICIs Vt & hIC InscrIbtVr annVs;
 Est Vbi BrVXeLLâ VIsVs In Vrbe MorI.
 TVnC sIbI VIsa MorI parIter qVoqVe BeLgICa teLLVs;
 AXIs & ECLypSIs tVnC qVasI VIsa fVIt.
 I nVnC, InnoCVos qVIsqVIs CVpIs Ire CoMetes:
 VrbIbVs aVgVrIo, PrInCIpIbVsqVe noCent.
 HVIVs hIC InfaVstI CasVs haVD VnICVs InDeX
 FVLsIt, & In steLLIs BeLgICa terra tVIs.
 HeI MIhI! CVr preCIBVs non est reVoCABILIs VLLIs
 QVI gregIs AntIstes steLLaqVe, LVXqVe fVIt?
 fata Verant: LeX est, & IneXorabILE fatVM:
 sVb LoCVLo hæC VIRTVs, CespItIbVsqVe IaCet.
 CesserIt hVIC aLter; LapIs hIC haVD CeDeret VnI:
 saXa IaCens, VIVVs qVæ sIbI fIXIt, habet.

Cætera

Nunc procul hos, Præful, duntaxat ab axe videbis;

Hic ubi *Francisca* regna propinquus habes.

Iusta quidem laurus; viventis at integra virtus

Utilis his patriæ rebus, & urbis erat.

Hei mihi! nos, rursus vortex, pelagusque doloris

Vi jubet invitos, & sine fine queri.

Pauca queror superi; precor hoc date pauca querenti;

Quis, pudor! hoc Belgis sustulit usque jubar?

Lux ea perpetuis expungi est digna Calendis;

Quæ passa hoc fatis succubuisse caput.

Nocte fuit Belgis ea lux obscurior omni:

Hæc, reor, ex stygio lux fuit orta lacu.

Vix tamen exoriens croceo sol venit ab axe;

Ortus & occasus Præfulis ille fuit.

Ter tribus hic lustris sex junxerat altera Præful;

Scriptus in octavâ luce November erat:

Scriptus erat, chronicis ut & hic inscribitur annus;

Est ubi Bruxellâ visus in urbe mori.

Tunc sibi visa mori pariter quoque Belgica tellus,

Axis & Eclipsis tunc quasi visa fuit.

I nunc, innocuos quisquis cupis ire Cometes.

Urbibus augurio, Principibusque nocent.

Hujus hic infauti casus haud unicus index

Fulsit, & in stellis, Belgica terra, tuis.

Hei mihi! cur precibus non est revocabilis ullis,

Qui gregis Antistes stellaque, luxque fuit?

Fata vetant: lex est, & inexorable fatum:

Sub loculo hæc virtus, cespitibusque jacet.

Cesserit huic alter, lapis hic haud cederet uni:

Saxa jacens, vivus quæ sibi fixit, habet.

ARIM

(r) Illustrissimus
obijt Bruxellis An-
no ætatis 75. 8.
Novembris 1666.
inter 8. & 9. ma-
tutinam.

(s) Illustrissimo
fuit exfectus calen-
lus Mechlinia 10.
Maii 1660.
Cætera

Cætera sVstInVlt; VIs hVnC ApopLeCtICa VICIt.

AbstVLeRVnt qVestVs VentVs & aVra Meos.

QVoD LICet, In saXIs sVbsCrIptVs DenIqVe VatIs

VersVs hIC hIs ChronICIs VnVs & aLter erIt.

HIs qVoqVe sVbsCrIbet qVI VIsert ossa VIator,

VoX erIt & patrIæ rItè VoVentIs IDEM.

HoC tegIt Vr LoCVLo, CVIVs VItVtIbVs IMPar,

VeL LoCVs angVstVs, qVà patet orbIs, erat.

MVtaqVe FortVnæ IaCet hIC sapientIa VICtrIX,

QVà stetIt, aC feLIX BeLgICa VIsa fVIt.

ReXerat Vt RVræ, sIC PræsVL hIC Vrbe MaLInæ:

ProfLVVs Vt VVLgo, sIC sIbI parCVs erat.

IVbILa speCtabat; seD erat LoCVs aptIor æther:

HæC CeLebret CæLIs; hIC CoLat ILLa preCor.

MIRA-

Cætera sustinuit; vis hunc apoplectica vicit.

Abstulerunt questus ventus & aura meos.

Quod licet, in faxis subscriptus denique vatis

Versus hic his chronicis unus & alter erit.

His quoque subscribet qui viderit ossa viator:

Vox erit & Patriæ ritè voventis idem:

Hoc regitur loculo, cuius virtutibus impar,

Vel locus angustus, quâ patet orbis, erat.

Mutaque *Fortunæ* jacet hîc *Sapientia* *victrix*,

Quâ stetit, ac felix Belgica visa fuit.

Rexerat ut Ruræ, sic Præsul hic urbe Malinæ:

Profluus ut vulgo, sic sibi parcus erat.

Jubila (t) spectabat, sed erat locus aptior æther: (t) *Illustriſſimo*

Hæc celebret cælis, hîc colat illa precor. *absolvebat annum*
50. sacerdotii.



Q

MI-

APPROBATIONES
MIRACULORUM

P R I M A

Andreas Dei & Apostolica Sedis gratiâ
Archiepiscopus Mechliniensis &c. omnibus
has visuris salutem in Domino.

Cum nuper approbaverimus sacras Reliquias de Brachio
dextero Sancti *Francisci Xaverii* Indiarum Apostoli,
easque publicæ venerationi exponendas esse decreverimus,
quò magis Dei cultus, qui in Sanctorum suorum honoribus
honoratur, caperet incrementum, iisque ritè & solemniter in
Templo R. R. Patrum *Societatis JESU* Collegii, & Domus
Probationis Mechliniensis expositis, tantâ in veneratione, tam
à populo Mechliniensi, quàm à circumjacentibus haberi cæptæ
sint, ut Divina Bonitas, quæ innumeris miraculis per varias mun-
di plagas hunc Sanctum suum mirificavit, hanc etiam Christi
Fidelium devotionem variis signis & subitaneis curationibus
ostenderit sibi esse acceptam. Nos igitur, quibus nihil magis cor-
di est, quàm ut honor Dei nostri, qui Zelotes est, in creaturis
suis erga Sanctos suos crescat, & incessabili gratiarum actione
laudetur, deputavimus è Capitulo nostro Metropolitico R. R. Ad-
mod. D. D. Confratres nostros *Dismam Corten* Cantorem, &
Franciscum vanden Driessche Archipresbyterum, J. U. Licentiatos
& Canonicos, qui juxta SS. Canones & Sacrosancti Concilii
Tridentini formam, examinarent sollicitè omnia, quæ ad nos
miraculosè accidisse indies delata sunt. Quibus discussis, & exa-
minatis informationibus Medicorum, & testium depositionibus
in approbandis Miraculis adhiberi solitis (ex quibus constat &
liquet *Joannem Gommaerts* Juvenem octodecim annorum à gra-
vissima

vissimâ Phrenitide, & morbo furioso, matre ejus *Sara Diffon* ad Sacras Sancti *Francisci Xaverii* Reliquias pro filio suo votum faciente, precesque fundente, subitanè & perfectè curatum esse: Item *Annam van Bael* ætatis annorum septemdecim, dum ad dictas S. Reliquias per Novenam preces fundit & votum, sinistri oculi triennali cœcitate curatam, & ex dextero, qui propemodum ex duobus floccis, seu pelliculis illi incumbentibus omni potentiâ visivâ destitutus erat, planè sanatam, ut utrâque oculorum acie ab eo tempore perfectè utatur) Nos de virorum gravium consilio & assensu, in Dei nomine, utramque istam in dictis *Joanne Gommaerts*, & *Anna van Bael* curationem, prout latius in dictis informationibus probata est, supernaturalem, & non nisi Divinâ virtute & Miraculo factam esse, & Sancti *Francisci Xaverii* intercessionem adscribi posse declaravimus, (in puncto trium calculorum nostrorum felicis sectionis, quam etiam magni illius Sancti intercessionem summâ fiduciâ commendaveramus) & declaramus per præsentem: Exhortantes omnes Christi fideles ad sacram dictarum Reliquiarum venerationem & cultum, ut per intercessionem S. *Xaverii* tam à mentis, quàm à corporis infirmitatibus in Domino mereantur liberari.

Datum Bruxellæ in Aula nostra Archiepiscopali sub nostris signatura & sigillo die 10. Mensis Maii, Anno Domini M. DC. LX.

Locus + sigilli.

Andreas Archiepif. Mechliniensis.

Q.

SE-

ANDREAS Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Mechliniensis &c. Omnibus has visuris salutem in Domino.

CUM juxta commissionem nostram jam pridem datam Reverendis admodum Dominis Dismæ Corten Cantori & Francisco vanden Driessche Archipresbytero Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ Canonice, super inquisitione faciendâ de portentosis sanationibus factis in personis, quæ recursum suum cum fiducia habuerunt ad Sanctas Reliquias S. Francisci Xaverii per approbationem nostram expositas fidelium venerationi in templo Societatis JESU Mechliniæ: quodque iidem Domini sedulâ diligentia & industriâ commissioni nostræ incumbentes, nobis varia legalia, & omni prorsus fraude carentia exhibuerunt, ex quibus patent & probata sunt sequentia: Quod Joannes de Regere Mechliniensis septennis filius Martini toto corpore ulceribus plenus & pure fluentibus, dum pro eo parentes & amici vota ferunt, Novenamque devotè instituunt ante dictas Reliquias, dicta Novenæ tempore nullis adhibitis medicamentis, quæ antea sæpius in vanum fuerant adhibita, perfectè & purissimè fuerit sanatus; Item quod Renerus Tys villicus in Wavriâ S. Catharinæ, qui spatio novem annorum utramque tibiam habuerat ulceribus tabe fluentibus plenam, voto facto invisendi dictas Sanctas Reliquias spatio octo dierum perfectissimè fuerit sanatus, ita ut ne quidem cicatrices apparerent; denique quod Jacoba van Binnebeek ætatis 35. annorum fuerit gravissimè intoxicata & variis morbis afflicta per spatium quatuor annorum, ita ut sæpius evomuerit magnam quantitatem crinium in formam globorum implicatorum, atque etiam clavos ferreos tam magnos, quam parvos, aciculas, capillos, uncos, & notabilem hamum piscis, & alia id genus: quare à diversis Religiosis sæpius fuerit exorci sata, sed in vanum; tandem post osculatas tribus distinctis diebus per eandem dictas Reliquias ab omni morbo & intoxicatione perfectissimè fuerit eodem tempore sanata.

Quas

Quas quidem subitas & mirabiles sanationes diligenti per nos facto examine in talibus adhiberi solito, tenore presentium declaramus supernaturales, & miraculis adscribimus, & ut tales volumus publicari, ut Christi Fideles excitentur ad devotas preces fundendas Divinae Bonitati, quae per intercessionem magni illius Indiarum Apostoli Sancti FRANCISCI XAVERII talia signa & dona desuper elargiri dignata est: ut quod in tribus hijs personis accidisse & miramur & veneramur, etiam in omnibus necessitatibus nostris eundem apud Majestatem Divinam habeamus patronum. In quorum fidem praesentes signaturam & sigillo nostris munitas dedimus

Mechliniae die quartâ Mensis Novembris
Anno Domini. M. DC. LX.

Locus † Sigilli.

Andreas Archiepiscopus Mechliniensis

T E R T I A.

ANDREAS Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Mechliniensis &c. Omnibus has visuris salutem in Domino.

Quemadmodum inter varias urbes, quae sacras Sancti FRANCISCI XAVERII colunt Reliquias; imprimis in Belgio eminet Mechlinia Diœceseos nostræ sedes, ubi primum illæ Nobis approbantibus publicæ venerationi in templo Societatis JESU fuere expositæ: ita ad plura & illustriora conferenda beneficia, per miraculosum & beneficum brachium Servi sui, ibidem indies Divina Manus sese extendit. Nam præter ea, quæ à nobis & alijs Ecclesiæ Præsulibus maturè examinata atque ritè antehac approbata sunt beneficia ac miracula; intelleximus non ita pridem, gloriosum illum Indiarum Apostolum fecisse iterum prodigiosam sanè potentiam in

Q3

brachio

brachio suo. Quod ut certius nobis & omnibus constet, hisce notum facimus, accuratè inquire jussisse nos in subitam, hodieque perseverantem sanationem à novennali Herniâ, quam prædicti Sancti beneficio cuius quidam Mechliniensis impetravit, uti ex consequente authenticâ narratione ad nos transmissâ fit manifestum.

Guilielmus Ploegaerts ætatis annum agens quintum supra septuagesimum, novem omnino annos gravissimis Herniæ intestinalis cruciatibus afflictus fuit, extuberante sæpius malo ad magnitudinem infantilis capitis. Hujus rei oculata testis est *Margareta de Hooch* Guilielmi conjux: & præterea *Ludovicus van Bael*, qui non semel juratus deposuit, se prædictum Guilielmum præ dolore in mœnibus prostratum, & procedere non valentem, manu suâ admotâ, ita affectum, paucis, antequam sanatus est, diebusprehendisse. Quem etiam à quatuor, aut quinque retro annis, quibus cum eo laboravit, non rarò animadvertit ex eo malo ab opere desistere debuisse.

Fecerat enim virum morbi vis jam ab initio laboribus planè imparem accrescentibus in dies doloribus. Adeo vehementer, potissimum eâ nocte, quæ undecimam mensis Decembris diem Anno 1662. subsecuta est, cruciatus fuit, ut sibi supremam horam propius instare persuaderet: protestatus beneficii loco habiturum se, si violentâ licet morte, miserabilem clauderet vitam. Inter vicinos lamentantis ejulatibus somno excitatos, filia quædam, sub horam à media nocte primam, in levamen ægri, & ipso quidem inscio, votum fecit S. FRANCISCO XAVERIO Mechliniæ ad miraculosa ejus Lipsana persolvendum. Facto voto cessat audiri omnis omnino ægri lamentatio. Primo mane adit Guilielmi domum vicina, percunctatur quæ valeat: respondet *Magdalena Guilielmi* filia, jam inde ab hora noctis prima hucusque levi somno obdormiscere. Tum verò vicina: at, inquit, hâc ipsâ noctis horâ in solatium parentis tui magno illi Indiarum Apostolo FRANCISCO XAVERIO votum emisi, quod protinus persolvam. Iam inde à concepto illo persolutoque voto, ad hodiernam usque diem perstat Guilielmo perfecta curatio: nec ullum prorsus interea temporis, quod duos jam annos complectitur, ex antiquo malo dolo-

rem

rem sensit: incessit, peregrè profectus est, laboravit eâ facilitate ac si nunquam ullis Herniæ cruciatibus affectus fuisset. Quin imò vir id ætatis, primâ Maii Anni 1663. à recuperata valetudine mense sexto, *Mechliniâ Antverpiam* sarcinâ onustus, uno eodemque die, pedes pervenit, alacerque reversus est. Deinde inter ardentissimos solis æstivi calores rursus *Mechliniâ Bruxellam* unius diei spatium ivit rediitque sanus & incolumis. Testatur præterea *Guilielmus* duobus ab obtenta sanitate annis sese consuetis artis suæ, quam profitetur, laboribus sane difficilibus, (olitor enim est) citra ullum doloris sensum strenuè persunctum esse, fodisse, semina terræ mandasse, humido frigidoque solo, horti sui excolendi gratiâ ad multas horas incubuisse, & cætera ejusmodi laboriosa opera fecisse, quæ Herniæ malo maximè adversari experientia edocet. Item plantasse, loco suo dinovisse, ascendisse arbores, & quidem nuperâ ætate ex una earum justæ magnitudinis casu in terram corruisse, nullo prorsus antiqui mali apparente indicio. Quamvis antea, totis novem, quibus eo afflictus fuerat, annis, tum potissimum, cum aut cælum humidius, ac frigidius esset, aut artis suæ laboribus non nihil intendisset, ingenti doloris sensu, continuò è corpore erumperet, ingravesceretque.

Posteaquam ad aures nostras à pluribus viris fide dignis hæc omnia pervenissent; de iis per Reverendos admodum Dominos Antonium Vermeulen *S. Theologiæ Licentiatum* & *Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ Canonicum* graduatum; & Joannem Baptistam Bernartium ejusdem *Ecclesiæ Plebanum ac Canonicum*, Commissarios ad hoc deputatos ex nostro mandato, captæ sunt de singulis informationes, in forma legitima: quibus prædictus *Guilielmus* ejusque uxor, ac filia & *Ludovicus van Dael* jurati subscripsere; quasque iidem *R. R. DD. Commissarii* suâ manu firmarunt, & ad nos transmiserunt. Accesserunt præterea multiplicia nominatissimorum Medicorum testimonia, *Mechliniensium, Antverpiensium, Bruxellensium, & duorum primariorum Medicinæ Professorum ac Doctorum* in celeberrima *Academia Lovaniensi*: qui pari omnes consensu attestantur, ejusdem subitam ac constantem à novennali Herniâ liberationem in viro 75. annorum, supra naturæ vires esse. Quibus auditis, & coram Deo maturè expensis

pensis, nec non super eo etiam Theologorum & aliorum doctorum
virorum habito consilio juxta modum in approbatione novorum Mira-
culorum à Concilio Tridentino præscriptum: conformantes nos R.R.
D.D. Commissariorum sententiæ; qui maturè & accuratè omnia ex-
aminarunt, & appenderunt: decernendum duximus, prout per præ-
sentes decernimus, posse & debere dictam Guilielmi sanationem mi-
raculosam, & per merita S.FRANCISCI XAVERII à Deo factam
& impetratam censi, & publicari, & ut talem publicamus, ac
decernimus. In quorum fidem hæc manu & sigillo nostris muni-
tas per Secretarium nostrum expediri jussimus, Deum qui glorifican-
tes se glorificat, & in Sanctorum suorum honoribus honoratur, hu-
militer deprecantes, ut sicut Beati FRANCISCI XAVERII
gloriosa merita ac beneficia experti & venerabundi agnoscimus; ita
ejus pia patrocina deinceps sæpius sentiamus.

Datum Bruxellis, die
23. Mensis Novemb.
Anno Domini 1664.

Locus † sigilli.

Andreas Archiepif. Mechliniensis

Judocus Houbraken Ecclesiæ Cath. Antverpiensis Canonici, & Episcopatus Sylvæducensis vacantis Vicarius generalis Omnibus has visuris salutē in Domino.

INter indubitata veræ Ecclesiæ signa, miracula sunt, in infidelium ad fidem conversionem, & fidelium in eadem confirmationem quandoque patrari solita. Eximie eis claruit in vita, & post mortem S. FRANCISCUS XAVERIUS è Societate JESU Indiarum, ac Japoniarum gloriosus Apostolus, quem miraculosum, ac beneficium Brachium suum, cujus particula aliqua Mechliniæ in templo Societatis JESU publicæ venerationi est exposita, etiam ad subditos nostros extendisse intelleximus. Quod ut certius constet, hisce testatum facimus, sigillarim inquisivisse nos, & inquiri curasse in liberationem à maligna febre, subitamque virium instaurationem, quam ejus beneficio filia quædam in Diœcesi nostra Sylvæducensi, hoc, qui subjungitur, modo est consecuta.

Cum Anno 1662. Bredæ pestis grassaretur, laboranti illic fratri adstitit N. N. Villica è territorio Sylvæducensi. Domum rediit, & ipsa cœpit Malignâ febre laborare, & maritum, filios duos, ac filiam Catharinam 22. annos natam infecit. Matre primum, ac mox Patre malignitate morbi sublatis, & fratribus subindè eâdem correptis, Catharina inde à 26. die Julii usque ad 23. Augusti ita continuatis ejusdem ardoribus est exhausta, ut viribus, ac mente tandem etiam destitutæ, cum nullum superesset in arte remedium, vitæ ulterioris spem denegarit expertus Chirurgus, qui scripto hæc, quæ narramus, inter alios juratus iteratò confirmavit. Indubitata opinio erat inter amicos, ac vicinos pestiferâ lue domum infectam. Non erat itaque, qui solatium ægris, qui necessarium obsequium præstaret. Non deseruit tamen desertos ab omnibus suus Pastor confusus per merita, & intercessionem S. FRANCISCI XAVERII, & ægros liberandos à morbo, & se à contagione servandum. Cum ergo Catharinam sub seram vesperam sacrâ unctione munivisset, eodem vespere regressus S. FRANCISCI XAVERII imaginem attulit, quæ sacras ejus Reliquias Mechliniæ

R

Mira-

Miraculis claras attigerat, & *Catharinae* maximè periclitanti per fratrem offerens, omnes ad fiduciam in Sancti illius intercessione apud Deum locandam excitavit. Jam quartum, quintumve diem jacuerat *Catharina* impotens se movère, oblatam imaginem arripuit, & osculta est magnâ cum fiduciâ, quam ut porrò per noctem foveret Pastor adhortatus, domum se recepit. Insequente die bene mane, nemine opitulante, nemine conscio vestibus se suis induit, lecto eripuit *Catharina*, & ædes inambulavit. Quin & in campum illo ipso die egressura fuit, pabulumque jumentis quæsitura, nî fratres continuissent: postridie reipsâ quæsivit: cumque D. Pastor ædes interea ingressus vel mortuam vel animam agentem in lecto quærit adest illa ad fores ingenti onusta corbe, pabulumque in agro collectum infert. Hæsit attonitus Beneficii novitate D. Pastor: mox increpuit, quòd tam temerè cæli se, solisque injuriis, ac recidivæ periculo commisisset; fidenter illa: sollicitudinem mitte, inquit, nihil periculi subest, ab hesterno mane me Sanctus ille persanavit, ac viribus restituit.

Hæc omnia cum ad nos fuissent in legitimo instrumento delata; cui D. Pastor, ipsa Catharina, Chirurgus, fratres duo, alique consanguinei, & vicini jurati subscripserant: constituimus primùm Commissarium in partibus illis virum probum, & intelligentem, qui postquam in omnia nostro nomine inquisivit, iteratoque, interpositâ jurisjurandi fide, eadem ex Catharina intellexit, omnia suâ etiam signaturâ firmavit: deinde nos ipsi coram hîc Antverpiæ prædictam Catharinam in præsentia sui Pastoris omnium conscii examinavimus, & sub eadem religione sic omnia accidisse comperimus. Quibus compertis cum etiam nobis submissa scripto fuissent expertissimorum Medicorum Judicia, hæc super re consultorum, Tungrensis, Bruxellensis, ac præsertim duorum primariorum Doctorum, ac Medicinæ Professorum, aliorumque duorum celeberrimæ Academiæ Lovaniensis unanimiter censentium, istam virium restorationem naturæ vi tam exiguo temporis spatio obtineri non potuisse; ut nihil non ritè, ac juxta Concilii Tridentini placita perageremus, viros doctos ac Theologiæ peritos consulimus, ac coram, & cum iis iterum prædictam Catharinam audivimus, omnibusque tandem co-

ram Deo maturè consideratis, decernendum post longam, & sæpius iteratam inquisitionem putavimus, prout per præsentés decernimus, posse dictæ Catharinæ sanationem tamquam miraculosam, & per merita Sancti FRANCISCI XAVERII à Deo factam, & impetratam censeri, & publicari; & ut talem publicamus & censere nos testamur: Auctorem omnium Deum rogantes, ut sicut Indiarum gentes Sancti FRANCISCI XAVERII dum vixit, prædicatione, & Miraculis Ecclesiæ suæ aggregare voluit, ita modo hisce in partibus ejusdem Miraculis, & intercessione fideles populos velit in eadem conservare, & confirmare; eosque, qui quovis errore ab eâ segregati sunt, ad eandem benignè reducere. In horum omnium fidem hæc manu propriâ signari, & Vicariatus nostri sigillo muniri curavi. Die XIX. Mensis Martii, Anno Domini 1664.

Locus * Sigilli.

J. HOEBRAKEN

APPROBATIONES BENEFICIORUM

S. I.

ANDREAS Dei, & Apostolicæ sedis gratiâ Archiepiscopus Mechliniensis: Omnibus has visuris salutem in Domino. Cum in dies clarescant plura, ac plura Beneficia quæ divina manus largè conferre dignoscitur ad sacras Reliquias de Brachio dextero magni Indiarum Apostoli S. FRANCISCI XAVERII in templo Societatis JESU Mechliniæ fidelium venerationi, nobis approbantibus expositas, de iisque per Revend. Admodum Dominos Commissarios ad hoc deputatos legitinæ sint captæ informationes: Nos per eos debitè informati (quamquam non dubitent quin complura Miraculis à nobis meritò adscribi posse viderentur) maturiori adhuc examini illa cum aliis reservantes neque certi quidquam in præsentiarum decernentes, vulgari typis omnia dumtaxat permittimus, in fide bonâ eorum, qui se à S. FRANCISCO XAVERIO accepisse apud suprascriptos Reverendos Admodum Dominos Commissarios legitimè deposuere, ut videant omnes non esse abbreviatam manum Domini, quin salvare possit, etiam in particula Brachii Servi sui: adeoque incitentur ad divinam ejus misericordiam per Sancti sui intercessionem ferventiùs implorandam, & feliciùs consequendam. Datum Mechliniæ die decimâ sextâ Mensis Februarii, Anno Domini 1662.

Locus * Sigilli.

ANDREAS Archiepiscopus Mechliniensis

Idem Illust. Dominus alias Approbationes de aliis beneficiis similis formæ dedit XXI. II. Novembris M. DC. LX. & XI. Februarii M. DC. LXI. Et hanc extendit ad nova Beneficia xx. Septemb. M. DC. LXII. II. Octob. M. DC. LXIII. XXVIII. Novembris M. DC. LXV. Die vero XXI. Oct. M. DC. LXVI. eandem extensurus fuit ad felicem partum Mariae Annæ Sentevers. Fuit & tum instantaneam sanationem Gasparis Scheerlinck Novitii Societatis JESU Mechliniæ ut Miraculum novâ formulâ approbaturus, si instrumenta, quæ à RR. Adm. DD. Commissariis Mechliniæ legitime confecta esse intellexerat, Bruxellis fuissent ad manum. Superveniens inexpectata Hemiplexia, & subsequuta mors utriusque subscriptionem, quæ sola deest, impedivit.

S. 2.

F. AMBROSIUS Capello Dei & Apostolica Sedis Gratiâ Episcopus Antverpiensis Omnibus has visuris salutem in Domino.

Cum intellexerimus in subiecto nobis oppido Lirano, aliisque varia beneficia obtineri imploratâ ope S. FRANCISCI XAVERII Indiarum, ac Japoniarum Apostoli, cujus sacrae Reliquiæ de Brachio dextro in templo Societatis JESU Mechliniæ magno concursu, ac fructu à confluyente undique fidei populo coluntur: commisimus R. R. Adm. D. D. Gaspari Smits Oppidi Lirani Plebano, & Christianitatis Decano, ac Sac. Theologiæ Licentiato, & Edmundo Bedingfeld Canonico Ecclesiæ Collegiæ S. Gommari Lira, ut inquirerent nominatim in beneficia, ac gratias, quas per intercessionem ejusdem S. FRANCISCI XAVERII obtinuisse se profiterentur Anna Tomas filia Lirana annorum circiter 33. & Catharina van Hoef Uxor Petri vander Elst Civis Lirani. Qui commissio à nobis munere ritè fungentes exactâ primum jurisjurandi religione, legitima de iis confecere instrumenta, quæ ad nos transmisere, quibus ipsi etiam subscribere. Et quia judicamus piè, ac prudenter credi posse non sine singulari patrocinio ejusdem Sancti illa Beneficia esse ab iis obtenta, nihil ulterius modò decernentes, permittimus ut ea, pro ut in illis instrumentis narrantur, typis vulgari possint, in bonâ fide deponentium fide, ut eorum notitiâ excitati fideles subiecti, alique in tribulationibus suis auxilium opportunum quærere, & invenire valeant ab eo, quem approbatis ab Illust. ac Rev. Mechliniensium Archiepiscopo Miraculis, aliisque Beneficiis illo in loco mirificare videtur velle Deus, qui etiam hodie in particulâ Brachii Sancti sui innovat signa, & immutat mirabilia; glorificat manû & brachium dexterum suû. Datum Antverpiæ 29. Aug. 1662.

Locus* Sigilli.

F. AMBROSIUS Episcop: Antverp:

JOANNES ERNESTUS Baro de Surllet Eccl. Cathedralis Leod. Canonicus, & Collegiatæ oppidi Vifetensis Abbas sæcularis, nec non Ser.^{mi} Episcopi & Principis Leodiensis Vicarius Generalis &c. Omnibus, & singulis has visuris salutem in Domino.

Quemadmodum non unum locum percurrit S. FRANCISCUS XAVERIIUS Japoniæ, atque Indiarum à Societate IESU glorioſus Apoſtolus, ut Dei nomen portaret coram exteris gentibus, & Regibus, ita non uno in loco nomen eius prodigioſis beneficiis, & miraculis hæc tempeſtate clarum reddere videtur Deus: Mechliniæ præſertim ad Sacras ejus Reliquias miraculis ab Illuſt. & Rev. Domino Archiepiſcopo Mechlinienſi approbatis inſignes, pluribusque aliis beneficiis ab eodem, & aliis Eccleſiæ Præſulibus ritè juſſis examinari, & typis vulgari. Hæc Miraculorum, ac Beneficiorum fama Diœceſim Leodiensẽ penetravit, in quã complures grati agnoſcunt ſe peregrinationibus, aut votis ad prædictas Reliquias directis, ſolacium in morbis, aut tribulationibus ſuis inveniſſe, præſertim in Diſtrictu Archidiaconatus Condoyenſis. Quare commiſimus Veni. D. Matthiæ de Amezaga Canonico regulari in Cloiſterade, Præpoſito, & Paſtori Limburgenſi, ut auctoritate noſtra examinaret, quæ per Sancti ſui invocationem beneficiè illi operari dignaretur Deus, noſque debuit informaret. Hiſc itaque teſtatum facimus accepiſſe nos à prædicto domino instrumentum ritè formatum, quo palam fit, quod Maria Anna Garaff filiola trimenſtris, cum toto capite, collo, atque ad o toto corpore plena eſſet tumoribus, glandulis & apoſtematibus, & præſertim duo majora haberet ſub axillis dura; cumque depoſitâ curationis ſpẽ omni manum ſubtraxiſſet Chirurgus, ad invocationem S. FRANCISCI XAVERII, cultumque Imaginis ejus, ac uſum olei ex lampade Mechliniæ ante ſacras ejus Reliquias ardente allati, intra paucos dies ſit ſanata: id quod præter parentes, & aviam ipſe Chirurgus juratus eſt teſtatus, agnoſcens hæc in re divinam virtutem, prout agnovère etiam duo alii experti Chirurghi deſuper conſulti. Quæ nos conſiderantes, & honorare volentes, & deſiderantes ab omnibus honorari, quem Deus tot ſignis, & prodigiis ad prædictas Reliquias in templo Societatis IESU Mechliniæ expoſitas, oſtendit ſe velle honorare: Declaramus videri nobis, piè, ac prudenter perſanationem iſtam attribui interceſſioni S. FRANCISCI XAVERII: atque ita permittimus, ut ejus enarratio typis vulgari poſſit in bona ſic deponentium, atque atteſtantium fide: Gratias agentes Deo quod etiam ad hanc Diœceſim noſtram, virtutem Brachii ſancti ſui patriatur extendi, & dilaudantes ſolertem eorum pietatem, qui in afflictione conſtituti vota ad prædictum Sanctum prædictasque ejus Reliquias dirigunt: in quorum fidem hæc manu, & Sigillo noſtris munus expediri juſſimus. Datum Leodii in ædibus noſtris clauſtralibus Anno M. DC. LXIV. Menſis Septembris die decimâ tertîâ.

Locus ² Sigilli.

JOANNES ERNESTUS DE SURLLET.
Canonici & Vicarius General. Leodiensis.

R 3

JUDO-

Judocus Houbraken Ecclesiæ Cath. Antverpiensis Canonicus, & Episcopatus Sylvæducentis vacantis Vicarius Generalis, omnibus has visuris salutē in Domino.

Cum muneris nobis impositi obligatio exigat singularem à nobis haberi rationem eorum, quæ ad Orthodoxæ fidei confirmationem, præsertim in locis Heterodoxorum Domino subjectis, per Sanctorum suorum invocationem & intercessionem patrare dignatur Deus; palam facimus, quòd, postquam se in ea latè extendit non tantùm fama Miraculorum juxta approbationem Illust. & Rev. Domini Archi-Episcopi Mechliniensis patrum ad Reliquias S. Patris FRANCISCI XAVERII *Mechlinia* in templo Societatis JESU publicæ venerationi expositas: sed etiàm, ut ad nos fuit relatum, virtus ipsa dictarum Reliquiarum operante Deo multis salutarium; nominatim inquiri curaverimus in sanitatem, quam voto ad præfatas Reliquias directo *Sylvæducis* obtinuit *Maria N.* uxor civis Sylvæducentis ab ægritudine, quæ per sesquiannum juxta judicium Medicorum incurabili, & in perfectam paralyfim degeneraturâ laboraverat, subitò vindicata: Commissarios ad id constituimus Ecclesiasticos viros spectatæ virtutis, & doctrinæ, minimèque suspectos, qui exacto prius juramento acceptas legitimè informationes legitimis tabulis, à se quoque subscriptis, ad nos transmiserunt cum expressione nominum, & mulieris sanatæ, & Doctorum, ac Chirurghi deponentium, quæ hic iustis de causis subticemus. Et cum in præsentiarum nec necessitas, nec commoditas sit omnia secundum S. Concilii Tridentini placita ulterius discutiendi, nihil aliud modo decernentes, declaramus piè, & prudenter dictum sanitatis Beneficium à præfata *Maria* obtentum S. FRANCISCI XAVERII apud Deum intercessioni posse adscribi, & ut tale vulgari in jurata deponentium fide; simulque hortamur universos, Catholicos quidem ut fiduciam suam in Deo, ejusque Sanctis, & nominatim S. FRANCISCI XAVERII viri planè Apostolici patrocinio collocare utiliter pergant; alios verò, ne claræ veritatis soli oculos elaudant, sed
cognos-

cognoscant & ipsi hodie magnalia Dei, quæ facit in medio eorum ad invocationem S. Servi sui. In quorum fidem præsentem dedimus *Antverpiæ* sub manus propriæ signaturâ, & vicariatus nostri Sigillo die xxx. Octobris, Anno M. DC. LXII.

Locus † Sigilli.

J. HOUBRAKEN

S. 5.

Amplissimus ac Reverendus Adm. Dominus D. Oliverius D'Esse Vicarius Generalis Episcopatus Midenfis & Lunensis vacantis in Hibernia, postquam diligenter inquisivisset in modum, quo sanatus est Dublini Guilielmus Baron ab incurabili ulcere ad cultum S. FRANCISCI XAVERII, usumque olei Xaverianæ lampadis Mechliniæ ad miraculosas Reliquias ardentis, eumque super eo per se ipse, aliosque, qui diu noctuq; ægro adsuerant, examinasset explorataque haberet Doctorum Medicorum de eo sensa, judicavit & judicare se literis conscriptis testificatus est, illum post Deum ac B. Virginem S. FRANCISCI XAVERII intercessioni esse adscribendum, & ut talem vulgandum, prout patet ex authenticis ejus tabulis confectis Dublini 12. Junii 1665.

Idem censuit de liberatione Pauli Aylward ab Asthmate, & uxoris ejus à profluvio sanguinis, ac Catharina Gall ab acuta Paralyfi *Watersfordiæ* impetratâ, ut constat ex literis Dublino datis 25. Januarii 1666.

FERDINANDUS Dei & Apostolicę
Sedis Gratia Episcopus Paderbornensis, E-
lectus Coadjutor Monasteriensis, S. R. I.
Princeps & Comes Pyrmontanus, uniuersis
presentes literas visuris, lecturis, vel
legi audituris Notum facimus & testamur.

Cum fama Miraculorum ac celestium beneficiorum ad Cul-
 tum S. F. XAVERII ultimis hisce annis *Mecklinia* ad Mira-
 culosas ejus Reliquias patratorum, atq; à Meckliniensium Archie-
 piscopo, & aliis Ecclesię Præsulibus eorumque vicariis Generali-
 bus approbatorum in hanc etiam Diœcesin nostram esset delata,
 non pauci ex subditis nostris excitati ad ejusdem Sancti Patrocini-
 um apud Deum in afflictionibus & necessitatibus suis confugerunt,
 & ut audimus, non sine fructu: Warburgi imprimis nostrę Diœ-
 ceseos oppido, ubi *Tilmannus Muller*, & *Anna Christina Meysers*
 conjuges, filioli sui *Ferdinandi* sanitatem favori hujus Sancti gra-
 tanter adscribunt. Nondum erat is biennis, & diuturno ac peregrino
 morbo totus contabescebat. Adhibuerunt parentes medicamenta
 omnia, quę in eã ætate judicabantur posse prodesse: nulla pro-
 fuerunt. Cum ablata jam esset spes omnis valetudinis, oblata iis est
 imago S. F. Xaverii quę ad Miraculosas ejus Reliquias *Mecklinia*
 fuerat applicata, suasumque in theca cerę benedictę è collo infan-
 tis appenderent, magnamque fiduciam in meritis ac intercessio-
 ne hujus sancti reponerent. Fecerunt id parentes, & remittente
 quotidie malo puer vires sumpsit & totus ad se rediit. Ita se ha-
 buit ad hebdommadas aliquot, quando thecâ cum Imagine è
 collo delapsâ & deperditâ, puer antiquo rursus malo corripit cœ-
 pit, & magis, quam unquam antea deficere ac contabescere, ut
 spem valetudinis ac vitę omnem parentes abjicerent. Inexpecta-
 tam hanc atque insperatam mutationem tandem P. *Frederico*
Muller

Muller Societatis JESU Presbytero indicarunt, qui rogavit prop-
tinus, num imaginem Xaverianam è collo pendulam etiamnum
puer gestaret, indicavitque quantum in eâ, & sancti illius patro-
cinio fiduciæ reponendum judicaret. Id cum observassent paren-
tes, diligenter ædes everri curant, repertamque feliciter cum Ima-
gine thecam novâ cum fiduciâ pueri collo appendunt; quando
altera jam vice malum indies abiit, puerque planè convaluit,
parentibus iteratam hanc ad Imaginis Xaverianæ religiosum
cultum filii valetudinem, Deo, ac Sancto ejus *Xaverio* grato animo
adscribentibus. Hæc omnia cum parentes jurisjurandi religionem
interponere parati si opus foret, deposuissent apud *P. Bernardum*
Bierman, Priorem conventus nostri Warburgensis, Ordinis Fra-
trum Prædicatorum, & *Joannem Meyer* oppidi nostri Warbur-
gensis pastorem, ac manu propriâ signassent; signata hi etiam pro-
priâ suâ manu testimonia *Mechliniam* miserunt. Horum omnium
legitimum exemplar ad Nos destinavit *P. Rector* Societatis JESU
Mechliniæ, submissèque Nobis supplicavit, ut auctoritatem no-
stram ad rei hujus veritatem indagandam interponere dignare-
mur: quò res ad Dei gloriam & *S. F. Xaverii* honorem confir-
matius possit vulgari. Nos igitur postquam in veritatem omnium di-
ligenter inquiri curavimus, omniaque ut enarrata sunt, ita se habere
comperimus, per præsentem declaramus sine temeritatis periculo piè ac
prudenter prædictam sanationem *Ferdinandi Muller* secundum paren-
tum fidem & attestationem *S. F. Xaverii* meritis ac intercessionem ad-
scribi posse; hortantes omnes, ut in necessitatibus suis ad commu-
nem illum afflictorum patronum, & seculi hujus Thaumatur-
gum confugiant; Cujus præsentem opem in gravi ac periculosâ
infirmirate anno 1664. experti, insignes sacrarum ejus Reliquia-
rum particulas à Reverend.^{mo} Patre *Joanne Paulo Oliva*, Societatis
JESU Præposito Generali, cum gravissimo de integritate illarum
testimonio ex Urbe Nobis transmissas, & argentæ hierothecæ
inclusas Ecclesiæ, & Collegio Paderbornensi Societatis JESU in
grati devotique animi signum sequenti anno donavimus: certâ
spe freti, futurum ut Magni hujus sancti, ac Patroni Nostri sin-
gularis veneratio in Civitate & Diœcesi Nostrâ augeatur, & divina
bonitas precibus ejus exorata in Nos, Nostræque ditioni subjeptos
plura

plura indies beneficia effundat. In cujus rei seu attestationis fidem litteras hæc manu Nostrâ subscripsimus, sigilloque Nostro jussimus communiri; Dat. Paderbornæ XXII. Novembris. M. DC. LXVII.

FERDINANDUS

Locus ✠ Sigilli.

S. 7.

PLurima adhuc alia beneficia à variis accepta referuntur Sancto F. XAVERIO, cultuique miraculosarum ejus Reliquiarum *Mechlinia*, de quibus, quia legitimâ auctoritate nondum sunt approbata, in hisce Chronicis non fit mentio. In non pauca etiamnum inquiritur in variis Episcopatibus.

MIRABILIS DEVS IN sanctIS VI. *pf. 67.*

Facultas R. P. Provincialis Societatis JESU
Provinciae Flandro - Belgicæ,

EGo infra-scriptus Societatis JESU Præpositus Provincialis in Provincia Flandro-Belgica, potestate ad hoc mihi facta ab admodum R. P. Nostro JOANNE PAULO OLIVA Præposito Generali ejusdem Societatis, concedo Gisberto Lintio Typographo jurato Mechlinensi Facultatem typis mandandi librum, cui Titulus Mechlinia Illustrata Miraculis S. FRANCISCI XAVERII, à R. P. GERARDO GRUMSEL Societatis nostræ Sacerdote conscriptum & à deputatis ejusdem Societatis Theologis examinatum & approbatum. In quorum fidem has manu mea subscriptas & officii mei Sigillo munitas dedi. Antverpiæ 19. Aprilis 1666.

ÆGIDIUS VANDER BEKE.

C E N S U R A.

Miracula Sancti Patris FRANCISCI XAVERII, quibus *Mechliniam* Illustravit; Miraculo similis GERARDI GRUMSELII Vena tibi fistuntur, Lector. Arcta Poësis est, quia syllabis alligata; arctior, quia literis; arctissima, quod eidem semper anno congruentibus. In hisce tamen angustiis tam libero, tersoque uti stylo Miraculum dicerem, nisi XAVERII id adscriberem beneficio, qui prodigiis suis hoc adderet prodigii, quod ea prodigiosè evulganda curaret, Concitabit igitur auctor, verè in hac Palaestra mirabilis, admirationem; admiratio amorem juxta & utilitatem. Ita censeo.

L. NEESEN Canon, Theol. Mechliniensis,
Librorum Censor.

